a sed nondum est finis. Consurget enim gens i gētem ꝛ regnū in re- (he sunt partes ꝑliorum.) gnum: ꝛ erūt pestilentie ꝛ fames b ꝛ terremot⁹ per loca: hec aūt oīa (futuroꝝ. ministris exercēdos.) c initia sunt doloꝝ. †Tunc tradent vos in tribulationem ꝛ occident (p apl'os oīm credentiū persona signat.) vos: ꝛ eritis odio omnibus gen (a i fine mūdi sil'es apl'is tribulatiōib⁹ sūt ꝓbādi. b ꝓpter assertionē veritatis. discedēt a fide timore: vel portētis: vel imanitate tormētoꝝ.) tibus propter nomen meum. Et tunc scandaliçabuntur multi: et (a gladio dñi ab inuicē separāte eos: qđ i principio ꝑdicatiōis factū ē: maxie tpe antichristi ē futurū. b frater infidelis fratrē fidelem.) inuicem tradēt: ꝛ odio habebūt d inuicem †Et mlti pseudo prophe (vt miraculis seducant. hoc tempore iudaice vastitatis plene tempore antichristi.) te surgent et seducent multos: et (a vñ apl's: Erūt hoīes amātes se. b ifidelitas.) qm̄ abūndabit iniquitas refrige (pro tribulatione que ante tribulationē videbatur calere: vel calebat vtcunq̄ in pace.) scet charitas multoꝝ. †Qui autē (in fide ꝛ charitate. quocūq̄ tēpore incipiat. vsq̄ in finē ꝑsentis vite.) perseuerauerit vsq̄ in finem hic e saluus erit. Et predicabitur hoc (edificatorium ecclesie ante finem mundi: sicut ante destructionē hierl'm per apostolos.) euāgeliuꝫ regni in vniuerso orbe (sue dānationis. nō credētib⁹.) in testimoniū omnibus gētibus (post hec oīa. nūc statim: sed non prius.) ꝛ tūc veniet ꝯsūmatio †Cū g̃ vide (a hoīeꝫ pcti q̄ aduersat. ꝛ. e. s. o. qđ dr: de⁹ q̄ destruet ꝛ ad solitudinē rediget suscepturos se.) f ritis abominationē desolatiōis

---

a Sed nōdū ē finis. q2 post auditionē taliū stetit adhuc ciuitas ꝑ longū tp̄s scꝫ xl. ānis post passionē xp̄i. b Cōsurget eni gens. Hic ponit tertiū videlꝫ disturbatio pac'. cū dr: Cōsurget gens i gētē: q2 gens iudeoꝝ erat diuisa ītra se vt ptꝫ. c Et regnū aduersus regnū. q2 regnū iudeoꝝ ꝯ regnū romanoꝝ rebellauit. et h̄ ptꝫ ex ꝑdictis. d Et erūt pestilētie. Hic pōit q̄rtū. s. ꝑturbatio orbis seu elemētoꝝ ex q̄b⁹ ꝯsurgūt pestilētie i aere ꝛ mari ꝛ ꝑ ꝯsequēs sterilitas ꝛ fames i terra: q̄ aūt hoc acciderit illo tp̄e ptꝫ Act'. xi. vbi dr q̄ ꝓpha agab⁹ predixit famē magnā futurā q̄ facta ē iperāte Claudio: ꝓpt̄ qđ fideles q̄ erāt antiochie miserūt auxiliū de facultatib⁹ suis fidelib⁹ q̄ erāt in iudea ꝛ hierl'm ꝑ man⁹ barnabe et sauli. Seq̄t: e Hec aūt oīa. i. q̄ttuor ꝑdicta. f Initia sūt doloꝝ. q̄ q̄dē dolores fuerūt ꝯsūmati i destructione ciuitatis ꝛ tēpli ꝑ romanos. g Tūc tradēt. Hic ponit mala q̄ ꝯtigerūt xp̄i discipulis i sp̄āli: vbi ponūt q̄ttuor. Primū ē violētia afflictiōis duplicit scꝫ ab intra ꝛ ab extra: illa q̄ fuit ab extra fuit a iudeis fideles ꝑsequētib⁹: d̄ q̄ habet Act'. viij. vbi dr q̄ post mortem beati stephani facta ē ꝑsecutio magna i eccl'ia q̄ erat hierosolymis: ꝛ ibidē subdit q̄ paul⁹ deuastabat eccl'iaꝫ ꝛc. h Et occidēt vos. q2 illo tp̄e occisus ē stephan⁹ a iudeis: vt ptꝫ Act'. vij. et iacob⁹ fili⁹ zebedei. Act'. xij. iacob⁹ frater dñi vt dicit Josephus libro xx. antiq̄tatū. i Et erit' odio ꝛc. i. aliq̄b⁹ oīm gētiū. k Propter nomē meū. h̄ addit ad eoꝝ ꝯsolationem q2 ad h̄ seq̄t magnū ꝑmiū: vt habitū ē. s. v. ca. l Et tunc scādaliçabunt multi ꝛ inuicē tradent ꝛc. Hic ponit afflictio ab ītra. s. a falsis fratrib⁹: q2 mlti q̄ receperāt fidē xp̄i vidētes ꝑsecutionē oriri ꝯ eos scādaliçabāt cadentes ꝓpter h̄ a fide suscepta: ꝛ sic habebant odio veros discipulos xp̄i q̄s ad mortē tradebāt. m Et mlti pseudo pro. Hic ponit scđm scꝫ vehemētia seductiōis: q2 multi ꝓphete falsi denūciabāt ꝯtraria ꝑdicatiōi apl'oꝝ. n Et qm̄ abūdabit iniq̄tas. Hic ponit tertiū. s. abūdātia iniq̄tatis q̄ erat in falsis xp̄ianis: ꝛ ꝓpter h̄ refrigescebat charitas in multis alijs. lꝫ nō caderēt totaliter: ꝓpter qđ ꝯcludit: o Qui aūt ꝑseuerauerit vsq̄ in finem. in fide. s. formata charitate: Hic salu⁹ erit. p Et ꝑdicabit. Hic ponitur quartum q̄si ad ꝯsolationē ꝑdictoꝝ qđ est euidentia credulitatis: ꝛ h̄ ē qđ subdit: Et ꝑdicabit hoc euangeliū regni. i. euāgeliū xp̄i qđ ītroducit ad regnū celeste qđ nō faciebat lex: ꝓpter qđ erat imꝑfecta respectu euāgelij vt supra dictū ē i ꝑncipio hui⁹ libri. q In vniuerso mūdo. q̄ eni ante destructionē ciuitat' ꝑ titum ꝛ vespasianuꝫ in trib⁹ ꝑtib⁹ orbis. s. asia: africa ꝛ europa ꝑdicatū sit euāgelium xp̄i: ptꝫ sic: viuēte eni petro fides ꝑdicata ē i italia: ꝛ nō solū i italia h̄ etiā i gallia: q2 sanct⁹ Sauinian⁹ q̄ fuit vn⁹ d̄. Lxx. missus a beato petro i galliā cū plurib⁹ alijs: ciuitatē Senonēsē q̄ tūc erat metropol' gallie: ꝛ vocabat ciuitas aurea ꝯuertit ad xp̄m ꝛ ibi trib⁹ eccl'ijs edificat': vna scꝫ i honore beate ṽginis: alia i honore bti stephani ꝓthomartyris: ꝛ alia i honore sācti iohis baptiste: q̄rtaꝫ edificauit i honore apl'oꝝ: q̄ q2 viuēte petro ꝯstructa est. ideo eccl'ia beati petri viui adhuc noīata ē vsq̄ i hodiernū diē. Ex loco aūt illo anct⁹ Sauinianus socios suos circa alias ꝑtes gallie misit ad ꝑdicādū. Ex q̄ ptꝫ q̄ viuēte petro fidei ꝑdicatio ꝑuenit ṽsus mare occidētis vbi terminat vltimū clima nr̄e terre habitabilis: qđ aūt ē vltra sm auctores astronomie ponit ex climata. Hierl'm aūt de q̄ exierūt apl'i ꝛ alij xp̄i discipuli ad ꝑdicādū ē i medio t̄re habitabilis: q2 ē i q̄rto climate vbi ꝑmo publicata ē fides catholica: ꝛ ideo sicut a hierl'm vsq̄ ad fines terre habitabilis ex ꝑte gallie vbi ꝑdicata est fides ꝑ sāctū Sauinianū ꝛ socios ei⁹: sil'r ex ꝑte hyspanie vbi paul⁹ ꝑdicauit: eadē rōne ꝓbabile ē q̄ a hierl'ꝫ vsq̄ ad alios termios t̄re habitabilis ꝑuenit ꝑdicatio fidei ꝑ alios apl'os ꝛ discipulos ad h̄ missos: ꝛ sic ptꝫ q̄ viuēte petro fides xp̄i ꝑdicata ē i vniuerso mūdo: q2 cognitio fidei ꝑuenit ad oēs ꝑtes orbis. Petr⁹ ṽo martyriçat⁹ ē sub Nerone: post imperiū aūt neronis destructa ē ciuitas hierosolymitana scđo āno imperij vespasiani: vt habet libro de iudaico bello in fine. r In testimoniū oīb⁹ gē. q. d. ad h̄ ꝑdicāda ē fides in vniuerso orbe vt testimoniū xp̄i audiret in oī gēte: sm q̄ dictū fuit apl'is Act'. j. Eritis mihi testes i hierusalē ꝛ iudea ꝛ samaria ꝛ vsq̄ ad vltimū terre. s Et tunc veniet ꝯsū. q2 post ꝑdicationē euāgelij ꝑdictā facta ē ꝯsūmatio destructiōis ciuitat' a xp̄o ꝑdicta. Cōsiderāduꝫ aūt q̄ alia ē ꝑdicatio euangelij futura in oīb⁹ gētibus q̄tū ad efficaciā sic q̄ oēs gētes recipiēt fidē xp̄i: ꝛ hoc erit in cōsūmatiōe seculi. t Cū g̃ videritis. Hic describit excidiū ciuitatis q̄tū ad eius terminū. Et ponuntur ibi duo. Primum ē ꝓphetie impletio q̄ habet Dañ. ix. vbi dr q̄ destructa ciuitate ꝛ tēplo ponet abominatio in desolationē. i. idolū qđ nomie abominatiōis intelligit in veteri testamēto debebat poni i tēplo desolato. hoc autēꝫ impletum est q̄n helius adrianus imaginem suaꝫ fecit statui vbi steterat arca testamenti vt scribitur in scholastica historia. ꝛ hoc est qđ dicit: Cum ergo videritis ꝛc. Sequitur:

Qui legit

Marginal notes: † Mar. 13. b Luce. 21. c Joh. 15. c — † Luce. 10. c Mar. 13. b — † Mar. 13. b Dañ. 9. c

que in ipso sanctoꝝ loco longo tp̄e stetit. a Tunc qui in iudea. Hec ad lr̄am facta sunt cum appropinquante exterminio iudeorum oraculo moniti om̄es christiani fugerunt in regnum agrippe q̇ parebat romanis. Mystice. Tūc. i. cum hereses ꝛ flagicia regnare ceperint īter sanctos et pacem eorū distrahere: quāto plures vidēt seq̇ praua: tanto alti⁹ ꝟtutes petāt. b Ve āt pregnā. ꝛc. Quia sarcina gūate fugere nō poterūt. In isto q̇ ī iudea sūt fugiāt ad mōtes cōcordat Lucas. cetera videtur alit̄ dicere: ita et q̇ ī medio ei⁹ discedāt. Sꝫ quō cum p̄dixit euangelista circūdari hierl'm ab exercitu q̇ in medio sunt. i. cū ita vrgebit piculū vt euadi nō possit: discedāt. i. nō capiātur desiderio hui⁹ seculi ī aliā vitā migrare parati. Ideꝫ qđ alij dixerūt in tecto ē: nō descēdat. t. a. d. d. s. ħ est nullo affectu inclinent̄ ad carnem. Et ħ qđ Lucas ait: et q̇ in regionibus nō intrent in eā. i. q̇ iā bono ꝓposito cordis extra illaꝫ facti sūt: nō eā rursus carnali cupiditate desiderēt. Hoc alij et q̇ in agro nō. r. t. t. s. hoc est iterū inuolui curis q̇bus exutus erat. Graues anime peccatis: ꝛ q̇ nutriunt. i. imperite antichristū effugere non poterūt. Al' ve illis qui sua germina non ꝓduxerunt in virū pfectum. c Orate aūt. Si ō captiuitate: orēt ne fuga eorū sit hyeme vel sabbato. Quia in altero ꝓhibet duricia frigorū ad solitudines fugere: ꝛ in desert̄ latitare. In altero trāsgressio leḡ ē si fugere volūt: vel mors: si remanēt. Spūaliter aūt p̄cipit̄ vt non frigescat fides in deuꝫ ꝛ charitas: neq̧ ociosi in ope torpeamus ꝟtutū sabbato. Hāc sniāꝫ Lucas illustrat. Dicit eni attēdite vobis ne grauent̄ corda vestra ī crapula et ebrietate ꝛ cur̄ huius vite: et supueniat in vos dies illa repentina. Vigilate itaq̧ omni tp̄e vt digni habeamini fugere ista om̄ia que futura sunt. Ad hyemē ptinent cure que tristes sūt: vt hyemis crapula et ebrietas. ad sabbatum: qꝛ in eis delitijs affluere mos erat iudeis ignaris veri sabbati. d Et nisi ꝛc. Que ergo spes electis nisi gr̄a dei: que dat patientiā pijs vt citi⁹ demat potentiā impijs. Quāto eni erit hec tribulatio grauior: tāto erit breuitate moderatior. Vel dieꝝ nomīe: ipsa mala significantur. e Breuiati. Nō mēsura: sꝫ numero: ne mora tēporū fides concutiat̄ credentiū. Erunt eni hec mala tribus annis et dimidio tm̄. f Ecce hic christ⁹. Habet vna quecūq̧ heresis vel certas mūdi ptes. vn̄ dr̄: ecce hic: ecce illic: vel in occultis aut in obscuris ꝯuēticulis: curiositatem hominū decipit. vn̄ dicit̄: Ecce in cubilib⁹: ecce in deserto. Multi erunt qui non credūt christum esse cōmunem salutē omniū sed quorūdam. vnde dicitur: hic aut illic. g Si fieri potest. Id est si aliq̇ modo fieri posset: vt dei p̄finitio mutaretur: et ideo non de veris intelligi pōt electis. h Electi. Non q̧ diuina electio frustretur: sed qui iudicio humano vident̄

[Marginal: Mystice. — Luce. 21. d — Luce. 21. d — Luce. 21. f]

§ predicta.

q̇ dicta ē a daniele ꝓpħa stanteꝫ
a § ī tēplo dei: vel vbi nō debet ꝼm marcū qđ idē signat. § illā ꝓphetiā vel sequētia. § in cōfessione fidei. § vel dimissa occidente lr̄a ꝛ iudaica prauitate eternis appropinent montibus.

a ī lōco sācto: q̇ legit ītelligat. †Tūc
a § virtutū culmen altius ascendant.

qui ī iudea sūt fugiāt ad mōtes:
a § qui excedit carnem animo nō redeat ad aliq̇s actus pristine conuersationis.

ꝛ qūi ī tecto nō descendat tollere
a § carne vel mundo. b § qui opatur in ecclesia. § qui exierit ciuitatē huius mūdi non reuertat̄.

aliq̇d de dōmo sua: ꝛ q̇ ī agrō nō
a § .i. rē secularē qua se exuit vt nudus xp̄m sequatur. b § ve ambitiosis parituroꝝ.

b reuertat̄ tollere tūnicā suam. †Vē
a § diuitias q̇s adepti sunt fouentibus: qꝛ sarcina grauati fugere non poterunt. § q̇ initia fidei habent ꝛ egent nutrimento magistrorum.

aūt pregnātibus ꝛ nūtrientibus
a § nō tūc primo incipiatis declinare a malo cuꝫ morte p̄ueniēte iudiciū dei nō potestis effugere.

c in illis diebus. Orāte autē vt nō
a § qꝛ hec tēpora nō sunt itineri conuenientia.

fiat fuga vr̄a hyēme vel sabbato.
a § hoc ꝓprie temporibus antichristi. § cuius nō cōcutiat̄ fides cum persecutor pietatis erit operator virtutum.

Erit ēni tūc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsq̧ modo neq̧ fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salua om̄is caro: sed ꝓpter electos
§ ne desperent. § in illa p̄ssura.

breuiabunt̄ dies illi. †Tunc si q̇s
§ vestris imitatoribus. § apud arrianos. § apud donatistas vel huiuscemodi.

f vobis dixerit: ecce hic christ⁹ aut
§ membra ei⁹ qui se efferet sup oē qđ dicit̄ deus

illic: nolite credere. †Surgēt enim
aut quod colitur.

pseudo christi et pseudo prophe-
§ aliquid magni significātis.

te: et dabunt signā magna ꝛ prodigia: ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce p̄dixi vobis. †Si ergo dixerint
§ vt prescij vigiletis. § qꝛ p̄moniti estis.

a Qui legit ītelligat. q. d. q̇ legit ꝓphetiā danielis ītelligat eam eē dictam de ħ facto. Scḋm qđ ibi ponit̄ ē iudeoꝝ captiuatio ꝛ pfecta eoruꝫ dispersio. cū dicit: b Tūc q̇ ī iudea sūt fugiēt ad mōtes. q. d. ex tunc iudei nō habitabūt ī iudea pl⁹: qꝛ lꝫ heli⁹ adrian⁹ hierosolymā reedificauerit. p̄cepit tn̄ ne aliq̇s iude⁹ haberet licentiā ītrādi illuc. Alit̄ autē exponit̄ ab aliquib⁹ de tp̄e qđ fuit an̄ destructionē ciuitatis īmediate: qꝛ fideles q̇ erāt in hierl'm admoniti sunt p angelum vt fugerēt ī regnū agrippe vltra iordaneꝫ: qꝛ rex agrippa erat ꝯfederat⁹ romanis: ꝛ iđo ibi fideles saluati sunt vt scribit̄ in eccl'iastica historia. Sequit̄: c Et q̇ ī tecto nō descē. ali. tol. de do. sua ꝛc. q. d. Meli⁹ ē q̧ saluet vitā suā q̄ꝫ rē possessam. d Ve āt preg. ꝛ nutri. ī illis dieb⁹. qꝛ pregnātes nō possūt bn̄ fugere aggrauate pōdere: nec sil'r nutriētes ꝓpter curā circa puulos. e Orate aūt. Hic īcipit soluere secūdā q̄stionē de ꝯsūmatiōe seculi. Et diuidit̄ ī tres ptes. qꝛ circa ꝯsūmationeꝫ seculi. primo ostēdit tribulatiōis magnitudinē. scḋo tp̄is ī certitudinē. ibi: De die autē illa ꝛ hora. tertio excitat nr̄aꝫ sollicitudinē. ibi: Vigilate itaq̧. Prima adhuc ī duas. qꝛ p̄mo tāgit tribulationē futurā tp̄e antixp̄i. ꝛ scḋo aduentuꝫ ipi⁹ xp̄i ad iudiciū. ibi: Stati aūt. Prima ī duas ꝼm q̧ tribulationeꝫ futurā tp̄e antixp̄i describit ex duob⁹. Primū ē violētia afflictionis. scḋm ē vehemētia seductionis: qđ tangit̄ ibi: Tūc si q̇s vobis dixerit. Circa pmū aduertēdū q̧ qꝛ p̄dixerat tribulationē iudeoꝝ ex destructiōe ciuitatis hierosolymitane: vt ptꝫ ex p̄dictis: ꝛ nūc p̄dicit tribulationē fidelium futurā sub antixp̄o maiorē. ideo ꝯuertit se ad discipulos suos in q̇bus admonet fideles p illo tp̄e futuros dicēs: Orate aūt vt nō fiat fu. ve. hyeme. i. tp̄e incōpetēti ex aeris importunitate. f Vel sabbato. i. tp̄e incompetēti ad fugā ex quacūq̧ alia causa: qꝛ tūc nō erit sabbatū obseruandū in q̇ non erat licitū iudeis ambulare vltra mille passus. p sabbatū ḡ intelligit tp̄s incōueniēs ad fugam modo p̄dicto: ꝛ subiungit̄ ratio. cū dr̄: g Erit eni tūc. i. tp̄e antixp̄i. h Tribulatio magna ꝛc. de preterito. i Neq̧ fiet. de futuro. Ex q̇ ptꝫ q̧ loquit̄ ħ ḋ tribulatiōe antixp̄i: q̇ ab oīb⁹ doctorib⁹ dr̄ maxia. k Et nisi breui. fu. dies illi. non ē intelligendū q̧ dies sint breuiores tp̄e antixp̄i q̄ꝫ sint modo: qꝛ quātitas diei causat̄ ex motu solis qui ē vniformis: sed dies hic accipiūtur ꝓ tēpore: qꝛ tp̄s illi⁹ tribulatiōis erit breue: qꝛ non durabit vltra tres annos cū dimidio: vt habet̄ Dan̄. xij. vbi dr̄ q̧ durabit p tēpus et tēpora ꝛ dimidiū tp̄is. Causa autem hui⁹ breuitatis subdit̄ cū dicit̄: l Nō fie. sal. omnis caro. Caro aūt hic accipit̄ ꝓ homine ꝼm q̧ habet̄ Gen̄. vij. Nō pmanebit spūs meus in homine in eternuꝫ qꝛ caro est. sensus ergo ē iste: Oīs caro nō fieret salua. i. nullus homo fieret salu⁹ si esset longū predicte tribulationis tēpus. Negatio eni postposita huic signo vniuersali omnis: facit ipsum equipollere signo vniuersali negatiuo: qꝛ omnis nō: valet nullus: ꝓpter qđ subdit̄: m Sꝫ propter electos breuiabunt̄: ne ex tribulationis magnitudine cadāt a veritate. n Tunc. Hic ꝯsīter ostendit̄ magnitudo tribulationis ex vehemētia seductiōis: qꝛ ml'ti discipuli antixp̄i veniēt ad seducēdū populū dicēdo q̧ ip̄e sit vere xp̄s ī lege ꝛ ī ꝓphis ꝓmissus. ꝛ iđo ħ p̄dicit ne fideles tūc decipiant̄. d. Tūc. i. tp̄e antixp̄i. o Si q̇s vo. di. ꝛc. et qꝛ nō solūmō habebūt ꝟba ad decipiēdū ħ etiā signa: qđ ē difficili⁹ ad euadēdū. iđo subdit: p Surgēt eni ꝛc. p ħ ītelligit antixp̄m ꝛ discipulos ei⁹ q̇ sūt mēbra ipi⁹. q Et da. signa. ꝛc. qꝛ ꝟtute demonū possūt multa mirabilia fieri qn̄ pmittūt̄ a deo. r Ita vt ī erro. indu. si fieri pōt etiā electi. ħ dicit qꝛ p̄destinatio lꝫ sit certa tamē nō tollit libertatē arbitrij. ista eni ꝓpositio: p̄destinat⁹ pōt dānari: falsa ē in sensu cōposito: tn̄ ī sensu diuiso vera ē: sicut diffusi⁹ declarat̄ p̄mo sniaꝝ. s Ecce p̄dixi vobis. q. d. ad ħ ista p̄dico nūc vt caueat̄ ꝓ tūc: qꝛ min⁹ iacula feriunt q̇ p̄uident̄. scḋm q̧ dicit beat⁹ Gregori⁹. t Si ḡ dixerint vob ecce in deserto ē. xp̄s supple tanq̄ꝫ homo religiosus in loco desero existens.

[Marginal: Mar. 13. a / Luce. 21. d — Ma. 13. b / Luce. 17. g — Mar. 13. c / Luce. 17. e — 1. q. 3. saluator. — Luce. 17. e]

videant electi. a Ecce i deserto ꝛc. Multi etiā credūt nō venire in publicū: ſʒ i deserto. Multi credunt xp̄m dedisse secretiora pcepta fidei alijs non oib⁹. Vñ dicit: in penetralibus. Nolite credere ꝙ xp̄s i deserto vel in penetralibus: ſʒ ꝙ fides ei⁹ ab oriēte i occidētem i catholicis fulget clara ꝛ manifesta. Ne ḡ credatur scismaticis. Nomie oriētis et occidētis totū orbem designat. b Sicut fulgur. Pro māifestatiōe et claritate iter nubila vel nocte dui⁹ seculi. Stultū ē ergo eū ꝙrere i paruo loco: vel in abscōdito ꝙ toti⁹ mūdi lumen ē. Et ne loci in ꝙ futur⁹ ē essemus ignari ait: Vbicūꝙ fuerit corp⁹. id ē in celū ꝙ hinc leuauit corpus susceptū: quia rapiemur obuiā xp̄o in aera: et sic semp cum dn̄o erimus. De naturali exemplo xp̄i astruit sacramētū: Aqle ꝛ vultures dicūt trāsmarina sentire cadauera ibiqꝫ ꝯgregari. Nōne ḡ nos rationales congregabimur ad eū ꝙ vt fulgur erit. Et p corpus qḋ significanti⁹ dicit cadauer ꝙ morte cadat: passionē xp̄i intellige: ad quam prouocamur vt vbicūꝙ legit ꝯgregemur ꝛ p illā venire possim⁹ ad verbū dei. Uel sācti sūt aqle qui inouant ꝯsūpta vetustate ad petrā qui est xp̄s. c Sol obscu. ꝛc.

Mystice. Eccl'ia speciosa vt luna electa vt sol: et ꝙ nocte illuminat vt stelle: tūc non apparebit: impijs vltra moduꝫ seuiētib⁹. Et cadent multi ꝙ fulgere videbāt: ꝛ firmissimi turbabunt. Uel sol ꝛ luna et stelle ad tēpus suo lumie priuabunt: vt viciniū indicent aduentū dn̄i. Sed pacto die iudicij mūdo inouato mai⁹ lumē recipiet. Uel superueniēte claritate veri luminis: videbūt obscurari ꝛ nulli⁹ ē luminis: ꝛ angeli i tenebras reputabūt. Job dixit: Columne celi ꝯtremiscunt: ꝛ pauēt aduētū ei⁹. d In nubib⁹. Uel in nubib⁹. i. sanctis: sicut ꝙtidie facit dum pdicatores ꝛ angelos mittit. e Cum virtute. Secūdus aduētus nō i humilitate vt prior: sed in glia demonstrabit. f A sūmis celoꝝ. Ne ꝙs putaret a quattuor plagis terre ꝛ non a cūctis finibus eius simul: ꝛ mediterraneis regionib⁹ electos eē ꝯgregādos: subdit: A sūmo terre vsꝙ ad sūmū celi. i. ab extremis terre finibus p directū vsꝙ ad vltimos terminos ei⁹: vbi longe aspiciētib⁹ circulus celi terre videt insidere. g Ab arbore ꝛc. Mystice. A populo isr'l in ꝙ cecitas ex parte cōtigit: ꝛ fuit fic⁹ dānata. Sʒ cū de arido ligno ramus fidei ꝛ charitatis in eo viruerit: et folia. i. verba pdicatiōis erupta fuerint: ppe ē estas ꝙ expectat. i. eterna serenitas: ꝛ renascentiū desiderata nouitas. Cum eni tandē ablata perfidia israel omnis saluus fiet prope esse diem iudicij nō dubi- tandū

[Margin: 24. q. 1. qm̄ vetus — Mystice — Job. 26. c — Mystice]

[Text:]

a Nolite exire. a ſ xp̄s moraꝫ i dogmate gētiliū philosophoꝝ. vobis ecce in deserto est: nolite a ſ a fide ad doctrinam eorum. ſ hereticorum ꝙ se iactant arcana dei nosse. exire ecce i penetralib⁹: nolite cre a ſ contra hoc qḋ dixit: Ecce in penetralibus. dere† Sicut eni fulgur exijt ab ori b ſ cūctis videtib⁹ nō in secreto. b ſ cōtra qḋ dixit: ecce hic: ecce illic. c ſ nec vno loco nec occult⁹ erit aduēt⁹ xp̄i: ſʒ i toto orbe manifestabit. ēnte ꝛ paret vsꝙ i occidētem: ita a ſ verus xp̄s nō est ficticius. erit aduent⁹ filij hois. † Ubicūꝙ ſ eo festinat intentio sanctoꝝ qui in viri splendore solis suos possunt figere intuitus. fuerit corp⁹ illuc ꝯgregabūt ꝛ aq ſ non ꝙ tota trāsacta: ſed quia pcedet tribulatio vt sequatur quoꝝunda; defectio. le† Statim aūt post tribulationē dieꝝ illoꝝ sol obscurabit: et luna a ſ. i. lumine carebūt. non dabit lumen suū: et stelle ca a ſ timebūt angeli: quātomagis homines. dent de celo: ꝛ virtutes celorum ſ et venient ad vos. cōmouebunt. Et tunc parebit si a ſ thau impressum frōtib⁹ fideliū. ſ vel signum crucis vt videāt i quē trāsfixerūt: vel vexillum signum victorie triumphantis. gnum filij hominis in celo: † tūc ſ fero: accusante conscientia. plāgēt oēs trib⁹ terre: et videbūt ſ ad iudicandum. filium hominis venientem in nu a ſ sic veniet queadmodū vidistis eū eūtē i celū. ſ qui quasi humilis ꝛ infirmus iudicat⁹ est. bibus celi cum virtute multa et maiestate. † Et mittet angelos su a ſ de qua apl's loquit. b ſ tam aperta ꝛ tam intensa voce ꝙ vbiꝙ a mortuis audiatur. os cū tuba ꝛ voce magna: ꝛ congregabūt a ſ ad iudiciū. b ſ. i. a quattuor mūdi climatibus oriente: occidente: aquilone: austro. gregabūt electos ei⁹ a ꝙttuor vētis a sūmis celorū vsꝙ ad termi a ſ sub exemplo arboris docet de aduētu cōsummationis. nos eoꝝ† Ab arbore aūt fici discite pabolā. Cū iā ramus ei⁹ tener

[Margin letters: a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z]

[Nicolaus de Lyra:]

a Nolite exire. ad videndū. s. eū: ne seducamini. Et si dixerit. b Ecce i penetralib⁹. i. in locis occultis. c Nolite credere. ratio aūt subdit: d Sicut eni fulgur ꝛc. q: ꝫ aduēt⁹ xp̄i in carne fuerit occult⁹ tñ aduent⁹ ei⁹ ad iudiciū erit ita manifest⁹ ꝙ nō poterit aliquē latere. xp̄s qḋ subdit: e Ubicūꝙ fuerit corp⁹. i. xp̄s i humanitate: q: sicut. s. frequēter dictum est iudicabit i forma humana: gloriosa tamen. f Illuc ꝯgregabūt ꝛ aqle. i. sancti occurrētes ob uiā xp̄o venieti ad iudiciū. ſm ꝙ d'r. j. ad Thessal. iiij. g Statim autem. Describit tribulatione ꝙ futura ē p antixp̄m describit aduentū xp̄i ad iudiciū. et diuidit i duas ptes. q: pmo describit qdā p signa pcedētia iudiciū. scdo describit iudic' aduētū. ibi: Et tūc apparebit. Circa pmū adūtēdū ꝙ p vt dicūt doctores ꝛ sancti: post tribulationē antixp̄i antequā appareant manifesta signa iudicij erit tēpus breue i ꝙ poterunt illi ꝙ fuerūt decepti p antichristū penitere: ꝛ ꝫ signat Apoc'. viij. Factuꝫ ē silentiū i celo q̄si media hora: istud eni tēpus non durabit vt dicūt nisi p. xl. dies vel circiter ꝛ hoc ē ꝙ d'r hic. h Statim aūt post tribulatioēꝫ dierū illoꝝ. i. paruo tpe elapso post tribulatioēꝫ antixp̄i apparebunt signa manifesta ꝓpinqui iudicij: et ꝫ est qḋ subdit: i Sol obscurabit. nō p priuationē sui luminis cū sit ei naturalis. corpora aūt celestia tūc manebūt in sua natura integra: ꝫ ista obscuritas erit respectu nr̄i p iterpositioneꝫ alicuius corpis opaci queadmodū fit i eclypsi. k Et luna nō dabit lumē suū. qḋ pōt duplicit' itelligi. vno modo q: erit iterposita iter terrā ꝛ solē: ꝛ sic ps lune ꝙ est versus terrā obscurabit: cū nō habeat lumē nisi a sole. alio modo p interpositionē nubium obscuraꝝ. l Et stelle cadēt de celo. nō ꝙtuꝫ ad eaꝝ substantiā cū sint incorruptibiles ꝫ ſm apparentiam: q: vere stelle abscōdent per nubiū densitatem: ꝛ de nubibus versus terrā descēdēt exalationes ignite ꝙ dicunt stelle cadētes. m Et virtutes celoꝝ cōmouebunt. Uirtutes hic accipiuntur angeli ꝙ sūt d' medio ordine secūde hierarchie ad quoꝝ officium spectat cooperari aliquo modo ad miracula ſm ꝙ dicit beatus Dionysius: et ipsi tunc frequēti⁹ solito mouebunt ex diuina volūtate ad faciēdum miraculosas trāsmutationes i elementis ad incutiendum hominibus terrorem iudicis venientis. n Et tunc. Hic describit iudicis aduentū: ꝛ circa ꝫ duo facit. q: primo facit qḋ dictū ē. scdo inducit exempluꝫ ab arbore fici. dicit ergo. Tūc. i. imediate post signa pdicta. o Parebit signum filij hominis in celo. i. crux claui ꝛ lancea: ꝙ sunt passionis xp̄i instrumēta. Uel aliter: Signū. i. cicatrices ꝙ apparebunt in xp̄i corpore. Ista autē apparebunt in celo. i. in aere ꝙ aliqn̄ vocat celum i scriptura. p Et tunc plāgēt oēs tribus terre. i. aliꝙ de oib⁹ tribub⁹ ꝛ nationib⁹ ꝙ qb⁹ sūt aliꝙ mali qb⁹ aduent⁹ iudicis erit tristabilis. q Et videbūt filiū hois. q: sicut dictū ē i forma hois iudicabit. r Uenientē in nubib⁹ celi. sicut i nube ascēdit i celuꝫ ab aplis: xp̄s qḋ dicit Act'. j. Jesus ꝙ assūpt⁹ ē a vobis sic veniet: s Cū virtute multa. q: prim⁹ ei⁹ aduēt⁹ fuit in infirmitate. secūd⁹ erit i virtute. t Et maiesta. q: veniet vt dn̄s ꝙ primo venit vt seru⁹. u Et mit. ange. suos. q: ministerio angeloꝝ colligēt cineres mortuorum. x Cū tuba. sicut eni i datiōe legis audit⁹ est sonit⁹ terribilis: vt habetur Exo. xix. ita audiet tunc sonit⁹ cōsilis virtute angeloꝝ factus in elemētis. y Et voce magna. illa vox erit vox xp̄i vocātis mortuos ad iudiciuꝫ ex cui⁹ virtute suscitabunt. z Et ꝯgregabunt. et. ꝫ eni oēs adducāt ad iudiciū: tñ electi spāliter adducēt ministerio sāctoꝝ angeloꝝ: q: erūt ꝯcives eoꝝ. a A ꝙttuor vētis. i. a ꝙttuor ptib⁹ mūdi vn̄ oriunt pncipales vēti: ꝛ p ꝫ itelligunt alie ptes orbis min⁹ pncipales. b A sūmis celoꝝ vsꝙ ad terminos eoꝝ. Iste modus loquēdi est ſm apparentiā: q: sūmū celi videt eē sup cenith capitis nr̄i. termin⁹ autēꝫ celi videt vbi terminat aspectus noster q: ibi videt celū ꝯiūgi terre: ꝫ ſm veritatē eꝙliter distat a tra vndiꝙ. ē ḡ sensus: A sūmis celoꝝ ꝛc. i. ab omi loco ꝙ sub celo ē adducent electi ad locum iudicij. c Ab arbore. Hic ad declaratione predictorū adducit exemplum: q: sicut viriditas arboris incipiens est signum estatꝫ ꝓpinque: ita signa predicta erunt signa ipsius iudicis imediate veniētis: et hoc est quod dicit: Ab arbore fici discite parabolam: id ē similitudineꝫ ad ꝓpositum congruam, et patet littera. Sequitur:

[Margin: Luce. 17. c — Johel. 2. c — Dani. 7. c — Luce. 21. c — Mar. 13. b — Dan. 7. d — Mar. 13. b — Luce. 21. e]

Amen

Ecc̃s.1.a (margin)

standũ ẽ. a Celũ ⁊ terra. Innouabũt deposita priori forma p̄manẽte ãt substãtia. Vñ dicit: Terra ĩ eternũ stabit. b De die. Ne forte auditis signis q̃rerẽt etiã illi⁹ diei certũ terminũ ait: De die nouissima. p⁹ q̃t ãnos vel dies vẽtura sit: nolite esse solliciti. Nulli diffinitũ ẽ ꝙ vel in die vel in nocte iudiciũ futuꝝ sit. Sed pro manifestatiõe dr̃ dies: vel ꝓ occultatiõe nox. c Nemo scit neq̧ angeli celoꝝ ⁊c. In quibusdam codicibus additur: neq̧ fili⁹: qui quidem oĩa scit cũ patre: ſ nõ facit homines scire: sicut Apl̃s ait: ĩ eo esse absconditos thesauros sapiẽtie et scie. Nõ facit scire: q: ĩutilit sciret. Sʒ semp sim⁹ incerti de aduentu iudicis: vt sic q̃tidie viuam⁹ q̃si ĩ alia die iudicãdi sim⁹. Neq̧ electi angeli queq̧ scire fecerũt. Vel nulli sanctoꝝ ãgeloꝝ ꝯcessit de⁹ noticiã diei hui⁹: neq̧ filio adoptiuo: id ẽ neq̧ vlli sanctorum hominum.

Colos.2.a (margin)

d Sicut autem in die. Subitum aduẽtus sui diẽ plurimis affirmat exẽplis: nã ⁊ fulguri cito oĩa transuolãti cõp̄auit ⁊ dieb⁹ noe: vl' loth ſm aliũ euãgelistã eq̃parat.

Mystice (margin)

Mystice. Noe arcam edificauit: cum dñs eccl'iaʒ ꝯstruit quã ꝯsũmatã ingredit: cũ eã in die iudicij p̄sentia visionis sue etern⁹ habitator illustrat. Sʒ cũ edificat arca: iniq̃ luxuriãt: cũ intrat intereũt: q: q̃ h̃ sãctis certantib⁹ insultãt: illis coronatis puniẽtur. e Comedẽtes ⁊ bibentes: nubentes et nuptã tra. Nõ alimẽta ⁊ nuptie: ſ ĩmoderat⁹ licitoꝝ vsus arguit. Post bella fames: terremot⁹ ⁊c. tunc breuis sequet pax: vt fidelis ꝓbet: an trãsactis malis speret iudicẽ vẽtuꝝ. vñ dr̃: Cũ dixerint pax ⁊ securitas tũc repẽte iteritus sup̄ueniet.

Thes.5.a (margin)

f Tũc erũt. Lucas ĩ illa nocte. i. illa ĩ tribulatione q̃ ꝓbant: in q̃ alij p̄manẽt: alij cadunt. g Duo erunt in agro vn⁹ assumetur et vnus ⁊c. Due differẽtie predictoꝝ sũt ĩ eccl'ia q̃si ĩ agro laborãtiũ: eoꝝ q̃ sincere xp̄m annũciãt: ⁊ eoꝝ q̃ verbuʒ dei adulterãt. h Due molentes in mola: vna assumetur: et altera. Due differẽtie sequentiũ orbẽ rerũ mobiliũ: q̃ feminino genere designãt. q: maioꝝ ꝯsilio regunt femĩe a viris. i Duo ĩ lecto. Qui ociũ eligũt ⁊ quietẽ: q̃ significant noĩe lecti: nec secularibus nec eccl'iasticis negocijs occupati. Vn⁹ assumet: q̃ ꝓpter deũ ꝯtinere studet: vt sine sollicitudine viuens cogitet que dei sunt. Qui autem humana laude: vel aliqua vitiorum corruptione monasticam vitam elegerit: relinquet a deo. Non sunt alia genera hominum q̧̃ hec tria in ecclesia. Unde Ezechiel tres viros liberatos vidit: noe: daniel: et iob: id est rectores vt noe: continentes vt daniel: ꝯiugatos vt iob.

Ezec.14.e (margin)

Et ſm hec tria genera hominum: tres supponit parabolas. In p̄ma agit de laborantibus in agro: quod est vbi dicit: vigilate ergo. In secũda agit de existentibus in lecto: quod ẽ vbi dicit: Simile est regnum celorũ decem virginibus. In tertia agit de molentibus in mola quod est vbi dicit: Sicut enim homo peregre procis. ⁊c.

I.25.a Ibidem (margin)

k Si sciret paterfamilias qua hora fur ⁊c. Nesciente patrefamilias: fur domũ perfodit: quia dum a sui custodia spiritus dormit: improuisa mors carnis habitaculum irrumpit: et ad suppliciuʒ



ꝭ intelligitis estatis aduentũ.

fuerit et folia nata scitis q: ꝓpe est estas. Ita et vos cum videritis

a ꝭ que scripta sunt: que dixi supra. b ꝭ ne putetis iã esse cõsũmationẽ mũdi: sed p̄cursiões quasdam que ostendunt ꝙ ꝓpe sit in ianuis.

hec oĩa scitote q: ꝓpe ẽ ĩ ianuis.

a ꝭ credite q̃ dixi. b ꝭ de morte ad imortalitatẽ: donec veniat dies dñi. ꝭ vel oẽ genus hoim: vel gẽs iudeoꝝ q̃ nõ deficiet: donec veniet dies dñi.

†Amen dico vobis quia nõ p̄terribit hec generatio donec omnia

ꝭ aerũ nõ etherũ. ꝭ innouabunt.

fiant. †Celuʒ et terra transibunt:

ꝭ sed sicut dicũt sine vlla imunitiõe implebũtur.

verba aũt mea non preteribunt.

ꝭ ne apostoli querẽt certã horã aduent⁹ xp̄i q̃ intelligitur etiam in morte vniuscuiusq̧.

De die autem illa et hora nemo

a ꝭ in quo filius ⁊ sp̄ũssanct⁹ intelligit.

scit: neq̧ angeli celorum: nisi pater solus.

a ꝭ sic repẽtinus interitus incredulis supueniet: cum dixerit: pax ⁊c.

†Sicut autẽ in diebus noe: ita erit et aduent⁹ filij hoĩs. Sicut enim erant in diebus ante diluuium cõmedẽtes et bibentes: nubentes et nuptui tradentes: vsq̧ ad eum diem quo intrauit in arcã noe: et nõn cognouerunt donec venit diluuiũ et tulit omnes: ita erit ⁊ aduent⁹ filij hominis

ꝭ gule dediti. ꝭ ebrietati dediti.; ꝭ ⁊ his toti dediti ⁊ iudicia dei cõtẽnentes ꝯstiterunt vsq̧ in eum diem.

a ꝭ cognoscere noluerũt q̃uis noe p̄dicere.

ꝭ tãq̧ fur cõp̄hendit filios noctis.

a ꝭ in illa cõsũmatione. ꝭ p̄dicatores. ꝭ inueniet in semente pares: sed nõ eque merentes fructus.

†Tunc duo erunt in agro: vnus assumet et vn⁹ relinquet.

ꝭ occupati secularib⁹. ꝭ q̃ habuerũt tãq̧ nõ habẽtes. a ꝭ q̃ ĩ icerto diuitiarũ sperauerũt. b ꝭ cõtinẽtes nõ occupati ecclesiastic' vl' secularib⁹.

Due molentes in mola: vna assumet: ⁊ altera relinquet. Duo in lecto: vnus assumet: ⁊ alter relinquetur.

ꝭ ecce quo tẽdãt q̃ dixit. ꝭ solliciti estote: hec enĩ caũsa cur nescire vult nos diẽ aduẽtus sui.

†Vigilãte ergo q: nescitis qua hora dominus vester venturus sit.

ꝭ ꝓbat ꝙ debẽt vigilare ⁊ sobrij esse. ꝭ spiritus.

Illud autem scitote: qm̃ si sciret paterfamilias qua hora

a Amẽ dico vobis: q: nõ p̄teribit generatio h. i. ꝯgregatio fideliũ. b Donec oĩa fiãt. quia q̧̃tũcũq̧ fideles opp̄rimãt tp̄e antichristi: tñ aliq̃ p̄manebũt ĩ fide stabiles vsq̧ ad finẽ mundi. c Celũ ⁊ ter. ⁊c. nõ q: corrũpãt ſm suã substãtiaʒ: ſ q: cessabit mot⁹ celi ⁊ trãsmutatio ĩ elemẽtis. ista enĩ ordinata sũt ad cõplẽdũ numeꝝ electoꝝ. ⁊ iđo ipso cõpleto in iudicio cessabũt sicut ea q̃ sũt ad finẽ habito fine. d Verba aũt mea nõ p̄teribũt. p̄ v̄bũ enĩ xp̄i fact⁹ ẽ mũdus: ⁊ iđo verbũ ei⁹ ẽ ipo mũdo stabili⁹. e De die aũt illa ⁊ hora. Hic circa iudiciũ ostẽdit tp̄is ĩcertitudinẽ. posset enĩ aliq̃s credere ꝙ ex signis predictis posset aliq̃s tp̄s iudicij determiatũ certitudinalit cognoscere. ideo hoc excludit dicẽs: De die ãt illa ⁊ hora nemo scit: q: p̄ rõnem naturalem homo nõ põt tp̄s illud certitudinaliter cognoscere: q: dependet ex simplici volũtate dei. silr̃ nec p̄ reuelationeʒ cognoscit: q: si hoc reuelasset aliquib⁹: h fuisset factũ apl'is q̃ fuerũt maxĩe illuminati: ⁊ tñ ipsis de hoc querẽtib⁹ Act'.j. respondit: Nõ ẽ vestrũ nosse tẽpora vl' momenta q̃ pater posuit in p̄tãte sua: q̃đ exponẽs Aug'. xviij. de ciuitate dei. dicit: Omniũ calculantiũ digitos resoluit ille q̃ hoc dixit: p̄ digitos potentiã numerãdi ĩtelligit. f Neq̧ angeli celoꝝ. sicut enĩ p̄ncipiũ mũdi a solo deo fuit p̄cognitũ: q: mũdus ĩmediate ẽ ab ipso factus: ita et finis mũdi soli deo ẽ cognit⁹ ⁊ homini xp̄o reuelat⁹ ad quem p̄tinet iudicare de oĩbus. g Nisi pater sol⁹. p̄ hoc nõ excludit fili⁹ vel sp̄ũssanct⁹: sʒ mag' ĩcludunt: q: vna ẽ noticia triũ p̄sonarũ. Dictio enĩ exclusiua addita vni p̄sone ĩ diuinis respectu termini essentialis non excludit aliã: vt diffusius tractat primo sniaꝝ. sic aũt ẽ ĩ ꝓposito: q: illa q̃ ĩportãt respectũ ad creaturã sũt cõia trib⁹: hmõi aũt ẽ noticia dei iudicij. Cõfirmat auteʒ p̄dicta p̄ exemplũ veteris testamẽti. d. h Sicut fuit in dieb⁹ noe. q̃si diluuium erat occultũ. i Ita erit aduẽ. fi. hoĩs: id ẽ xp̄i: veniẽtis ad iudiciũ. k Sicut enĩ erãt ⁊c. i. in magna securitate existentes. l Donec ve. dilu. ⁊ tu. oẽs. i. p̄didit excepto noe ⁊ his q̃ cũ eo erãt ĩ arca. m Ita erit aduẽ. fi. hoĩs. q: hoĩb⁹ in securitate existẽtib⁹ ⁊ de nullo timẽtibus: subito veniet tribulatio antixp̄i. vel ſm alios istud refert ad tẽpus post mortem antixp̄i: q: ipso mortuo et p̄ ꝯñs hoĩb⁹ ĩ securitate existẽtib⁹: subito apparebunt signa iudicij ⁊ iudic' aduenĩet'. n Tũc duo erunt ⁊c. p̄ existẽtes in agro intelligũt p̄lati quoꝝ officiũ ẽ laborare ĩ agro militãtis eccl'ie: p̄ molẽtes in mola vbi ẽ magnus labor corp̄alis. intelligũt actiui. p̄ existentes ĩ lecto ĩtelligunt ꝯtẽplatiui q̃ sunt ĩ req̃e ꝯtẽplatiõis. de istis tribus dr̃: Vn⁹ assumet et alter relinquet: q: istoꝝ triũ statuũ aliq̃ stabũt in fide in p̄secutione antixp̄i ⁊ aliq̃ cadẽt: ⁊ silr̃ adueniẽte iudicio aliq̃ assument ad gl'iam aliqui relinquẽt ad penã. o Vigilate ẽ. Hic ex p̄dictis excitat nr̃aʒ sollicitudinẽ: q: enĩ tp̄s iudicij ẽ incertũ ideo semp̄ debem⁹ esse parati ad tp̄m expectandũ: q: ĩ tali statu in quo aliquis capietur in morte que etiam nobis incerta est: ita etiam in tali statu presentabitur in iudicio. Ad hoc etiã adducit duplex exemplũ. Primũ ẽ de patrefamilias q̃ sollicit⁹ est de custodia dom⁹: et multo fortius nos debem⁹ esse solliciti ne p̄dam⁹ vitã eternam: qđ erit si ĩueniamur ĩparati p̄ carẽtiã grẽ ĩ morte: ⁊ h ẽ qđ dicit: p Illud autẽ ⁊c. et ptʒ lr̃a. Scðm exẽplũ ponit. ibi: Quis putas. de fuo patrisfamilias q̃ sollicitus est regere domum sibi cõmissaz: non solũ in p̄sentia dñi sed etiã in absentia: vt sic veniens domin⁹ eum remuneret. si

Mar.13.d Luc.21.f (margin) — 35.q.10. fraternitatis. (margin) — Gen.6. Luc.17.f (margin) — Luc.17.g (margin) — Mar.13.d Luc.12.e (margin)

trabit. Furi aūt resisteret si vigilaret: quia aduentum iudicis occulte venientem p̄cauens occurreret penitendo.

a Quis putas est fidelis seruus. Trib⁹ silitudinib⁹ fulguris furis ⁊ submersionis pētapolis terrorē iudicij introduxit cōiter ad oēs vt vigilarēt et parati essent. Nūc specialiter ad p̄latos loquit̄ q̄ humiles prudentes nō appetētes bonū ꝓpter lucrū tēporale: sed v̄bo et exemplo et ope debēt pascere oues. Quis putas ē fi. ⁊c. Quasi diceret: Admonēdi estis: naꝫ ꝙ rarus ē dn̄o ꝓpter dn̄m seruiens: oues xp̄i non ad lucrū: sed amore xp̄i pascēs: prudēs: ī futuro sibi ꝓuidēs.

b Quem ꝯstituit ⁊c. Ꝙ rarus q̄ sit vocatus a deo tanꝙ aaron et nō magis se ingesserit: et q̄ non magis se pascat ꝙ oues.

c Beat⁹ ille ⁊c. Eterna autē beatitudine glorificādus ē q̄ dn̄o veniēte ad iudiciū repert⁹ fuerit fidelit̄ annonam v̄bi ministrans ⁊ in cura gregis vigilās. Rarus īuenitur fidelis vel prudēs: ẜ q̄ talis inuenitur beat⁹ est.

d Sup oīa: Id est sup oīa celest̄ regni gaudia. ceteros: id est bonos auditores faciet discūbere: ⁊ transiens ministrabit eis.

e Percutere ꝯseruos. Iniurijs afficere vel infirmoruꝫ ꝯscientias prauo verbo vel exemplo vitiare. Unde Lucas ait: pueros vl̄ ancillas q̄ꝝ quāta infirmior ē etas vel sexus: tāto facilior est ruina.

*Luce. 12. f*

f Cuꝫ hypocritis ⁊c. Cū illis. s. q̄ erāt ī agro: et q̄ molebāt: et nihilomin⁹ derelicti sūt. Qui dicūtur hypocrite et ī agro et in mola. i. q̄ bona videbāt̄ facere: ẜ exit⁹ diuerse volūtatis apparuit.

g Flet⁹. Per silitudinē mēbroꝝ magnitudo ostendit̄ tormentorū.

ꝭ Tūc sile

Sup lyra continues:

## Nico. de lyra

neret. si aūt ī ꝯtrarijs actib⁹ ip̄m inueniat eternalit̄ puniat. Iste aūt seru⁹ ē q̄libet xp̄ian⁹ qui ē dispēsator dn̄i sui: qd̄ pōt intelligi tripliciter. vno mō in dispēsatiōe sp̄ualium qd̄ ꝓprie ꝑtinet ad p̄latos. alio modo ī regimine tēporaliū qd̄ ꝑtinet ad p̄ncipes seculares ⁊ iudices. tertio mō in bono vsu gratiarū sibi a deo collatarum ⁊ h̄ ꝑtinet ad oēs. h̄ ĝ ē qd̄ dicit: Quis putas ē fidelis seruus ⁊c.

a Quē cōstituit dn̄s sup fami. suaꝫ. ⁊ pōt respōderi vt ptꝫ ex p̄dictis. Hic ē bon⁹ p̄lat⁹ vl̄ bonus iudex vel etiā bon⁹ simplex christianus: q̄r vt d̄r in Eccl̄iastico. Cuilibet mādauit deus de ꝓximo suo.

b Ut det illis cibum in tp̄e. i. auxiliuꝫ. i. in tp̄e necessitatis: ad qd̄ q̄libet p̄dictoꝝ tenet̄: vt visū ē.

c Beat⁹ ille seruus quē cū venerit dn̄s ei⁹. q̄rens in morte rōnem seruitij sui: īuenerit sic facientē. i. in actibus charitatis se exercentē: q̄r ꝑ talia meret̄ beatitudinē: ꝓpter qd̄ subdit̄:

d Amē dico vob̄ q̄m sup oīa bona sua ꝯstituet eū. q̄r beatitudo ē stat⁹ oīm bonoꝝ ꝯgregatiōe ꝑfect⁹: vt d̄r. iij. de ꝯsolatiōe.

e Si aūt dixerit malus seruus ille ī cor. suo mo. fa. dn̄s meus. hoc dicūt illi q̄ nō cogitāt de morte.

f Et cepit ꝑcutere ꝯser. suos. i. occupare se ī actib⁹ malis ⁊ charitati ꝯtrarijs.

g Ueniet dn̄s s̄ui illi⁹ in die q̄ nō sperat: q̄r nihil ē incerti⁹ hora mort̄.

h Et diuidet eū. separādo aīam a corpe in morte.

i Partemq̄ꝫ ei⁹ ponet cū hypocrisis. i. cū falsis christianis separando ip̄m a beatis ⁊ ꝯiungendo ꝯdemnatis.

k Illic erit fletus ⁊ stridor dentium. hoc supra expositū ē ca. xiij.

## Moraliter.

Et egressus iesus de templo ⁊c. Ca. XXIIII. Sequit̄: e† Non relinquet̄ hic lapis sup lapidē ⁊c. Origeñ. Ois hō q̄ suscipiēs in se v̄bū dei tēplū ē: si post pctm̄ adhuc saluat ex ꝑte: vestigia fidei ⁊ religiōis tēplū ē: ex ꝑte destructū et ex ꝑte ꝯsistēs: qui āt postq̄ꝫ peccauit curā sui nō habet paulatim minuit̄ donec ad plenū

---

ꝭ de⁹ in morte. ꝭ in illa hora q̄ sibi eēt suspecta.
fur vēturus eēt: vigilaret vtiq̄ꝫ:
ꝭ .i. corpus.
⁊ non sineret perfodi domū suā.
ꝭ sine macula ⁊ ruga.
Ideo ⁊ vos estote parati: q̄r nescitis qua hora filius homis ventu-
a ꝭ difficultatē ōn̄dit: ꝑ q̄s: ñ īpossibilitatē v̄tut̄.
a rus est. † Quis putas est fidelis ser- †
ꝭ bene erogādo pecuniā dn̄i sui.
b uus et prudens quem constituit a
ꝭ xp̄s. ꝭ discernēs capacitatē singl̄oꝝ. ꝭ eccle-
dn̄s suus sup familiam suam: vt b
siam. a ꝭ ꝑ capacitate auditoꝝ. b ꝭ cibū sermonis diuini vel exempli sui.
c det illis cibuꝫ in tempore? † Bea- c
tus ille seruus: quem cuꝫ venerit
ꝭ christus.
dominus eius inuenerit sic faciē-
ꝭ cibum ministrantem.
tem. Amen dico vobis: quoniaꝫ d
ꝭ ꝑ tp̄e ⁊c. supradicta. ꝭ nō vt soli: sed vt p̄ ceteris habeāt eterna p̄mia: tū ꝑ vita sua: tum ꝑ gregis custodia.
d super omnia bona sua constituet †
ꝭ ecōtra: si dissimulauerit iudiciū dei in ꝓxio vēturū: securitatē sibijpsi faciens.
eū. Si autē dixerit malus seruus e†
ille in corde suo: moram facit do-
ꝭ iniurijs afficere.
e minus meus venire: ⁊ ceperit ꝑ- f†
ꝭ ipse aūt sit dedit⁹ gule vel ebrietati vel facinorib⁹ ⁊ illecebris seculi plenus sit.
cutere conseruos suos mādūcet
aūt ⁊ bibat cum ebriosis: veniet g†
ꝭ in quo oēs mali p̄positi intelliguntur.
domin⁹ serui illi⁹ in die qua non
sperat: ⁊ hora qua ignorat: et di- h
ꝭ a cōsortio fidei. ꝭ sortem eius.
f uidet eū: ꝑtēq̄ꝫ ei⁹ ponet cū hypo- i
ꝭ lucet nō fuisset hypocrita. ꝭ ꝑ calore. ꝭ ꝑ frigore.
g crit̄: illic erit flet⁹ ⁊ stridor dētiū. k

---

ad plenū recedet a deo viuente: et sic non relinquet̄ lapis sup lapidem mandatoꝝ dei q̄ non destruat̄. f† Sedente autē eo sup montē oliueti ⁊c. cōtra templū sedens de ruina iudaice gētis disputat vt etiā ipso situ corpis monstret ꝙ quietus in ecclesia manēs impioꝝ supbiā ꝯdēnat. l† Multi venient ī noīe meo dicētes ego sum xp̄s ⁊c. multi videntur plus dicere facto: q̄r sua statuta districtus faciūt obseruari ꝙ precepta dei. b† Cōsurget enī gēs ꝯ gentem ⁊c. Hiero. Mystice autē videt̄ regnū ꝯ regnū ꝯsurgere. ⁊ pestilētia eoꝝ q̄ꝝ s̄mo serpit vt cācer ⁊ fames audiendi verbum dei: et cōmotio vniuerse terre in hereticis magis ītelligi q̄ contra seinuicē dimicātes eccl̄ie: victoriā faciūt. g† Tūc tradēt vos ī tribulatione ⁊c. qd̄ nūc implet̄ mystice: quia paupes religiosi ꝑ hoīes malos ⁊ specialiter ꝑ clericos ꝑuersos tribulātur ⁊ ꝑ detractiones eoꝝ linguaꝝ gladijs occidunt̄: et plures infirmi scādalizātur odientes statū suū: et fratres suos neq̄ter accusant ab ordine recedētes.

*† Luc. 12. c*

m† Et multi pseudo ꝓphete surgent ⁊c. i. p̄dicatores q̄ sua sunt tm̄ q̄rētes. surgūt et multos simplices seducūt et sic frigescēte charitate abūdat iniquitas. o† Qui aūt ꝑseuerauerit vsq̄ꝫ ī finē. scꝫ in doctrina xp̄i. ⁊ a talib⁹ verbo ⁊ facto: p̄dicat̄ euangelium regni.

*† Lu. 12. c. Apo. 16. d. 2. Cor. 5. a*

t† Cum ĝ videritis abominationem desolatiōis ⁊c. abominatio stans ī loco sācto ē p̄latus malus in eccl̄ia: de q̄ d̄r Zach. xj. O pastor ⁊ idolū derelinquens gregē. b† Tūc q̄ ī iudea sūt: id ē in ꝯfessione v̄itatis. † Fugiant ad mōtes. i. querāt auxiliū a deo vt ꝓuideat de pastore bono. c† Et q̄ ī tecto est ⁊c. ꝑ quē significat̄ bon⁹ ꝯtemplatiuus. † Et q̄ in agro ⁊c. id ē bonus actiu⁹. q. d. isti nō dimittant occupationē suā bonā ꝓpter p̄lati maliciā. d† Ue aūt pregnantib⁹ ⁊c. i. quilibet debet optare vt nō impediat̄ fuga tāti mali eccl̄ie. g† Erit enī tunc tribulatio ⁊c. s. figuratiue q̄r malus p̄latus est antichristi figura qui sedebit in templo dei vt dicit̄. ij. Thessal̄. ij. ideo dicit̄ j. Jo. ij. Jam antichristi multi sunt. tñ dies talium aliq̄ñ breuiant̄ ꝑ bonorū oratiōes. n† Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic est xp̄s ⁊c. Nunc autē fit hoc mystice. nam adulatores mlt̄i laudant malos prelatos ⁊ principes tāꝙ sint christi boni: christ⁹ enim grece dicitur vnctus latine. episcopi v̄o et reges saltem aliqui sunt vncti. † Nolite credere. scꝫ talibus adulatoribus: quia prophete sunt antichristi. e† Ubicunq̄ꝫ fuerit corpus ⁊c. id est vbi est bonus p̄latus vbi cōgregant̄ bone persone. g† Statim aūt post tri. scꝫ electionis vel ꝓuisiōis ꝑuerse. nam talis ꝓuisio est ecclesie magna tribulatio. i† Sol obscurabit̄. qd̄ fit moraliter quando malus p̄ficitur. k† Et luna non dabit lumen suum: id est ecclesia que lumen habet a bono pastore sicut luna a sole: propter quod ipso subtracto deficit lumē ecclesie. l† Et stelle cadent de celo: id est religiosi de contēplationis excelso. m† Et virtutes celorum mouebuntur. nam ꝑfecti de dei patientia in permissione mali p̄lati mirantur. q† Et videbunt filium hominis ⁊c. id est christum qui in tali tribulatione venit aliquādo ꝓ consolatiōe bonoꝝ deijciens malum p̄latum et substituens bonum. v† Et mittet angelos suos ⁊c. tunc enī mittūt̄ angelici viri cuꝫ tuba p̄dicatiōis ad ꝯgregandū electos hinc ⁊ inde in vnitate charitatis. b† A sūmis celorū ⁊c. i. a maiorib⁹ vsq̄ꝫ ad minores: q̄r p̄dicatio debet esse cōmunis. c† Ab arbore fici discite parabolam ⁊c. ꝑ ficum cuius dulcis est fructus significat̄ bonus prelatus qui in institutione sua incipit virescere per opera bona. et hoc est signum fructificatiōis bone in se et in alijs de proximo future. e† De die aūteꝫ illa ⁊c.

Istud ad

Istud ad lr̄am exponit̄ de die iudicij generaliter. Moraliter aūt pōt exponi d̄ die iudicij ꝑticularis q̄ ē dies mort̄ cuiuslibet hoīs. diē aūt mortis sue null⁹ scit nisi de⁹ sibi reuelauerit. ideo s̄bdit̄: h† Sic āt fuit ī dieb⁹ noe ⁊c̄. Erāt enī tūc comedētes ⁊ bibētes ī securitate: diluuiū nō timētes. Sic etiaꝫ multi de morte sua nō cogitāt q̄ꝫuis certitudinalit̄ sint morituri. ideo subdit̄: i† Ita erit aduent⁹ filij hoīs. ad ꝑiculare iudiciū venitis. nā aliqui moriūt̄ repēte in prādijs et festiuitatib⁹ magnis: ⁊ de ōꝑantib⁹ in agro vnus aliq̄n fulgurat̄ ⁊ alij relinquunt̄: ⁊ sic ē ī alijs sequētib⁹ exēplis. ⁊ iđo ꝯcludit̄: o† Vigilate ḡ. vos ad mortē sollicite ꝑparādo. † Quisputas ē fidelis seru⁹ ⁊c̄. h̄ ē bon⁹ p̄lat⁹ q̄ subditos suos pascit pabulo sacre scripture ⁊ eucharistie: quē si dn̄s inuenerit vigilātē sup ꝑsone sue gregisq; sui custodiā. † Sup oīa bona sua ⁊c̄. dādo ei seip̄m ⁊ ꝑ ꝯsequēs oē bonū. e† Si aūt dixerit ma. ⁊c̄. de aduētu ei⁹ ī morte nihil cogitādo. f† Et cepit ꝑcutē ⁊c̄. i. viuere iniuriose ⁊ gulose. g† Ueniet dn̄s serui illi⁹ ⁊c̄. repētēs mortis debitū repētine sicut frequenter accidere ꝯsueuit.

In ca. xxiiij. vbi d̄r ī postil. Hmōi aūt ē noticia diei iudicij.

**Additio.** Quecūq; noticia deo attributa etiā si non importaret respectū ad creaturā necessariū ē q̄ sit cōis trib⁹ ꝑsonis: eadem ei est cuꝫ essentia diuina.

**Replica.** In ca. xxiiij. vbi dicit̄ de noticia diei iudicij q̄ pater sol⁹ ⁊c̄. dicit postil. q̄ ꝑ h̄ nō excludit̄ fili⁹ ⁊ sp̄ūssanct⁹: q̄r oīs respect⁹ dei a dextera ē cōis tribus: talis aūt ē noticia diei iudicij. Burg̃. dicit q̄cūq; noticia deo attribuit̄ etiā si nō importarēt respectuꝫ ad extra: necesse ē vt sit cōis trib⁹ ꝑsonis: eadē enī est cū essentia diuina. Sꝫ si ratio Burg̃. valet paternitas erit cōis tribus ꝑsonis: q̄r ē eadē essentia diuīa. Sꝫ dictū ī se non videt̄ scholasticū: q̄r ꝑ noticiā generatur verbū. si igit̄ illa est cōis tribus: tres ꝑsone generāt verbū. Itē verbū ē noticia ꝑ paternū ītelligere exp̄ssa ⁊ iđo d̄r sapiētia. Si igit̄ illa noticia ē cōis trib⁹: pater vtiq; erit sapiēs sapientia genita q̄đ negat beat⁹ Aug⁹. j. retrac. ca. xxv.

## Glo. ordi.

a Tunc sil̄e. Decē Ca. XXV t virginib⁹. Uirgines sūt oēs q̄ se a luxu seculi ꝯtinēt. Quinq;: q̄r quinq; partita ē ꝯtinentia ī carnalibus illecebris: videlꝫ vt ī quinq; sensib⁹ ꝯtineāt se a voluptatibus.

b Et sponse ⁊c̄. Oēs simul sūt sponsa q̄ mōdo desponsata ē virgo a corruptione seculi. Nubet: cū mortalis immortali ꝯiunget̄. c Morā autē ⁊c̄. Quia nō est parū tp̄is iter priorem et scđm aduentū xp̄i. Dormitauerunt et dormierūt: q̄r postea suscitandi.

d Media aūt nocte: Id ē nullo sciente vl' sperāte. Uñ: Dies dn̄i sicut fur ī nocte ita veniet. (1. Thes. 5. a) Date

a† hec parabola tam ad subiectos q̄ꝫ ad p̄latos refert̄. ⁊ aliud de eodē exemplū. ⁊ ecc̄lia permixta tā oib⁹ religiose q̄ꝫ sup̄sticiose continentibus.

t Tunc sil̄e erit Ca. XXV regnuꝫ celoꝝ decem virginibus: que accipientes lampades suās exierunt obuiam sponso ⁊ sponsę. Quinq; autēꝫ ex eis erant fatue: ⁊ quinq; prudentes. Sed quinq; fatuę acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vō acceperūt oleum in vasis suis cuꝫ lampadibus. Moram autem faciēte spōso: dormitauerunt omnes ⁊ dormierūt. Media aūt nocte clamor factūs ē: ecce spōsus venit: exite obuiam ei. Tūc surrexerunt omnes virgines illę: ⁊ ornauerūt lāpades suas. Fatuę autem sapiē/

a ⁊ opa q̄ ꝺm cōtinētiā fiūt. b ⁊ cōcordauerunt voluntati sponsi ⁊ matris ecclesie. a ⁊ q̄r veritati seruiunt ꝑ laudibus hominū. ⁊ q̄r veritati seruiūt ꝑ eternis .s. p̄mijs. ⁊ accepta ostensiōe bonoꝝ operū. a ⁊ gloriam intra conscientiaꝫ vel oleum ē oleum mētis quā habet qui intus deo placet. a ⁊ nitorem glīe. c ⁊ ostēsione bonoꝝ operū. b ⁊ .i. in conscientijs suis. ⁊ iudiciū differēte extremū. ⁊ añ mortē lāguorib⁹. ⁊ electi ⁊ reprobi. ⁊ sōno mort̄. ⁊ securis oībus. ⁊ in inspirato. a ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei. b ⁊ ad sociandā sibi perpetuo virginem. ⁊ occurrite ei ī aera. ⁊ a sōno mort̄. ⁊ boni ⁊ mali. ⁊ cōtinentes. ⁊ numerauerunt secū opa sua ꝑ q̄bus remuneratiōnē expectant. a ⁊ sua fiducia decepte int⁹ vacue dicūt ꝓximis.

## Nico. de lyra

a Tunc sil̄e erit Ca. XXV t regnū celoꝝ. Data lege euangelica: postq̄ꝫ saluator ostēdit q̄dam antecedētis iudiciū extremū: h̄ describit ip̄m iudiciuꝫ. Et q̄r vniuersitas iudicāda distinguit̄ in tres stat⁹: videlꝫ actiuorū: cōtēplatiuoꝝ: ⁊ etiaꝫ p̄latorū. ideo diuidit̄ in tres ꝑtes ꝺm tres parabolas q̄s hic ponit ad istos tres status ꝑtinentes. p̄ma ꝑtinet ad contēplatiuos. scđa ad p̄latos. ibi: Sicut enī homo ꝑegre ⁊c̄. tertia ad actiuos. ibi: Cum autem venerit fili⁹ hominis. Prima ī duas. quia primo circa vitam cōtemplatiuā ponit̄ meritū. et secūdo ponit̄ circa hoc examinationis iudiciū. ibi: Media autem nocte. Dicit ergo p̄mo: Simile erit regnū celorū: id est ecclesia militans q̄ꝫtum ad statum ꝯtemplatiuū. b Decem virginib⁹. ꝑ quas signat̄ vniuersitas cōtemplatiuorū. Numerus enī denari⁹ est primus digitus vel prim⁹ limes numerorū. vnde ⁊ numeri sequētes componunt̄ ex denario pluries sumpto vl' aliqua ꝑte eius: sicut ptꝫ. xx. bis decē. xxx. ter decem. ⁊ sic ꝯsequēter. Sil'iter. xj. vnum ⁊ decē. ⁊. xij. duo et decē: ⁊ sic ꝯsequēter. ꝓpter q̄đ dixerūt aliqui philosophi q̄ numeri nō ꝓcedunt in infinituꝫ solū h̄ vsq; ad decē: vt habet̄. iij. Phisicoꝝ. ⁊ ideo denari⁹ numerus bene significat vniuersitatē. Uirginitas aūt q̄ tenet supremū gradū in virtute castitatis significat vitā cotemplatiuaꝫ: quia castitas eleuat mentē a carnalib⁹: ⁊ sicut disponit intellectū ad ꝯtēplationē veritatis: sic ecōtrario luxuria deprimit mentē ⁊ causat hebitudinē ītellect⁹: ⁊ sic reddit hoīeꝫ q̄si bestialē: ꝑꝫ q̄đ. j. Ethicoꝝ vita voluptuosa vocat̄ vita pecudū. c Que accipientes lāpades. lāpades iste sunt opa vite cōtēplatiue q̄ sunt bona de genere. d Exierūt obuiā spōso ⁊ sponse. Ad hoc debet ordinari exercitiū vite contēplatiue vt homo possit secure ⁊ decenter obuiare christo venienti ad iudicium qui tunc coniunget sibi ecclesiam totaliter mundatā non habentē maculam neq; rugā. e Quinq; ex eis erant fatue et quinq; prudētes. Prudentia autem est virtus directiua operum humanorū in finem debitum: ꝓpter q̄đ a philosophis et a sanctis dicit̄ auriga virtutū. Uirgines aūt prudentes sunt cōtemplatiui seu religiosi opera sua bona de genere ad finē debitum ordinantes: videlicet ad glīaꝫ dei p̄ncipaliter: ad ꝑfectionem sui et ꝑ edificationē ꝓximi cōsequenter: et q̄r fatuitas ē priuatio prudētie cōtraria: ideo fatue virgines dicunt̄ cōtēplatiui a p̄dicto fine deuiantes: ꝓpriā gloriam ⁊ fauorē hoīm vl' questū p̄ncipaliter intendētes. ⁊ merito dicūt̄ virgines fatue: q̄r bonū op⁹ d̄ genere ꝑdūt ꝓpter defectum intentionis recte.

ma serui sed in ea in qua patri est equalis. Illic nos p̄cessit: cū similes ei erimus. ibi videbim⁹ eū sicuti est. Et hec ē beata reuelatio vel transmigratio de isto seculo ad eternitatem. a Pecuniā co. Hiero. Qui reb⁹ ecclie abutuntur in alijs rebus quib⁹ suā expleāt volūtatē: similes sūt scribarū ⁊ phariseo⁊ ⁊ sacerdotū redimentiū mendaciū ⁊ sāguinē saluatoris. b Furati sūt eū no. dor. Aug⁹. Si dormierūt quō viderūt: si non viderūt quō testes esse potuerūt? Auaricia q̄ captiuauit discipulū comitē dn̄i: decepit ⁊ milites custodes sepulchri: ⁊ sic iudeos seduxit. vnō subdit: Et diuulgatū est ⁊c̄. c Abierunt ⁊c̄. A hierusalē in ga. In montē: q̄ corp⁹ de cōmuni terra susceptū iā sup oīa terrena erat eleuatū. Et monet nos vt si eū videre volum⁹: ad supna de infimis eleuemur. d Precessit xp̄s p̄mitie dormiētiū: sequūtur alij in suo ordine: et vidētes eū adorāt. i. sine fine laudāt. e Quidā aūt. Dubitauerūt vt Lucas ait: existimantes se spūm videre quē moriendo tradidit. f Et accedēs ⁊c̄. Et ido pius magister ⁊ illos ad fidē cōfortat: ⁊ dubios ad fidē vocat: intimans ad quātā p̄uenerit gl'iā. g Data ē ⁊c̄. Hoc nō de coeterna patris diuinitate: sed de assūpta dic̄ hūanitate: in q̄ minor angel': in q̄ etiā gl'ia ⁊ honore coronat⁹ ē ⁊ omnibus supposit⁹. h Euntes ⁊c̄. q̄ iā in lucē venit quod hacten⁹ quibusdā de causis dubiū hominib⁹ fuerat. i Docete. Cōgru⁹ ordo. Primo enī docēd⁹ ē auditor. Deinde fidei sacramentis imbuendus: tunc ad seruanda mandata instruendus. Quia nisi prius anima fidem recipiat: non est dand⁹ baptismus: nec valet mundari: si post non insistat bonis operibus k Et ecce ego vobiscum sū ⁊c̄. Que autem merces pie conuersationis: quodue pignus future beatitudinis etiam in presenti sit fidelibus subdit: Ecce ego vobiscū sum ⁊c̄. Qō apostolis: p̄ successiones vniuersali ecclie p̄mittit. Nota q̄ vsq̄ in finē seculi nō sunt desituri qui diuina māsione sunt digni. Aug⁹. Prima sabbati diluculo (sicut omnes euāgeliste cōsentiūt) ventū est ad monumentū. Iā factū erat quod solus matthe⁹ ait de terremotu ⁊ reuoluto lapide: et territis custodibus. Uenit autem maria magdalena ceteris feruentior. Unde iohannes de ea cōmemorat tacitis alijs que cum ea fuerant: vidensq̄ lapidem sublatū anteq̄ diligenti⁹ inspiceret credens sublatum corpus: cucurrit nuncians petro et iohanni: qui etiam cucurrerunt ad monumentū: ⁊ nō inuēto corpore crediderunt qō maria dixerat: ablatū: abierūtq̄. Maria autem stetit foras plorans: in horto. s. vbi ingresse fuerant. Tunc viderunt angelum sedentem sup lapidē reuolutū: de quo mattheus et marcus dicūt. Qui dicit illis: Nolite ti. scio enī q̄ iesū q̄ cru. ē q̄. Quibus similia marc⁹ nō tacuit. Ad hec verba maria dū fleret inclinauit se ⁊ p̄spexit in monumēto ⁊ vidit duos angelos: vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes sedentes in albis. Dicunt illi: Mulier q̄d ploras? Quia tulerūt dn̄m meū: ⁊ nescio vbi posuerūt eum. Hic intelligendū est angelos surrexisse: vt et stātes viderent sicut Lucas ait: q̄ ⁊ eos dixisse refert. Quid queritis viuentem cum mortuis ⁊c̄. Post hec conuersa ē maria retro: ⁊ vidit iesum stantem (vt iohēs ait) et nesciebat quia iesus esset putans hortolanum: vbi ⁊ nominata agnouit eū: cui et dictū est. Noli me tangere. Tūc egressa ē de monumēto: id est de loco añ lapidē effossū: ⁊ cū ea alie q̄s (vt Mar. ait) timor iuaserat: ⁊ nemi q̄cq̄ dicebāt. Tūc iā b̄ mat. ecce

Luce.24. f — D — † De conse. di.4.c.pro prie.c. pria añ fi. si q̄s p̄sbyter.c. multi. 19. di.c.ita do min⁹ i p̄n. 36.di.ca. q̄ ecclisiasticis — Joh.20.c — Lu.24.a — Mar.16.b

§ de templo acceptā. sicut p̄ri⁹. xxx. argenteos.

a pto pecuniā copiosā dederūt militib⁹ dicētes: Dicite q̄ discipuli

b ei⁹ nocte venerūt: ⁊ furati sūt eū

§ furtim cum sublatum.

nobis dormiētib⁹. Et si hoc audi

§ ne quicq̄ a vobis exigat.

tū fuerit a p̄side nos suadebimus

§ absq̄ periculo.

ei ⁊ securos vos faciem⁹. At illi accepta pecunia: fecerūt sicut erant

§ error empti mēdacij p̄seuerat ne in xp̄m credāt

edocti. Et diuulgatū est verbū a istud apud iudeos vsq̄ in hodier

c nū diē. †Undeci āt discipli abiert b+ c in galileā i mōtē vbi cōstituerat d

§ credētes se añ eū humiliauerūt.

illis iesus. Et vidētes eū adora/ e

a § dubitatio eo⁊ nostrā auget fidē.

d e uerūt: quidā āt dubitauerūt. Et f g accedens iesus locutus est eis di

§ vt q̄ ante regnabat in celo p̄ fidē regnet i terr.

f cēs: Data est mihi oīs potestas h

a § .i. p̄mū cathezizate: q̄ sine fide īpossibile ē placere deo. a § nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spiritusctō nō pōt intrare in regnū celo⁊.

g h in cęlo et in terra. †Eūtēs ergo do i+ k cete oēs gētes bāptiçantes eos i l m

§ in iuocatiōe nois. § in p̄fessiōe trinitatis

nomie patris ⁊ filij ⁊ spiritusscti: n

§ q̄ fides sine operib⁹ mortua est. § que quidē non sunt pauca vel leuia.

docētes eos seruare omnia quę/ o

i cūq̄ mādaui vobis. Et ecce ego p†

a Et diuulgatū est verbū. tanq̄ ve⁊ qō tn̄ erat falsū apd̄ iudeos vsq̄ in hodiernū diē. b Undecim autē discipuli. Hic ponitur resurrectionis manifestate diuulgatio. ⁊ primo q̄tū ad christi discipulos. secūdo q̄tū ad oēs pp'los. ibi: Euntes ergo. In p̄ria ergo p̄te dicit sic: Undecī autē discipuli. q̄ iudas erat mortuus. vt visū est ca. p̄ce. c Abierūt in galileā b̄ mandatū christi ⁊ angeli. d In montē. s. thabor in quo trāsfigurat⁹ fuit corā iacobo petro ⁊ iohāne: vt habitū ē. s̄. ca. xvij. ibi enī paucis ostēderat gl'iam sue resurrectionis: vt ibidē dictū est. ⁊ ideo ibi resurrectionē cōpletā manifestauit omnibus discipulis suis. vnde p̄babiliter creditur q̄ illa fuit manifestatio de qua scribit ap'lus. j. Co⁊. xv. Deide visus ē plus q̄ quingentis fratrib⁹ simul. hic tn̄ nō exprimunt nisi vndecim ap'li q̄ erāt p̄ncipales xp̄i discipl'i. prius tn̄ visus est septies p̄sonis spūalibus. primo marie magdalene manēti iuxta sepulchrū alijs recedentibus: vt dicit Joh. xx. ⁊ Mar. xvj. secūdo ipsi marie magdalene cū alijs mulierib⁹ a sepulchro reuertentib⁹. q̄ postq̄ viderat xp̄m secuta est alias ⁊ inuenit eas in itinere. ⁊ tūc apparuit eis xp̄s. tertio Petro b̄m qō habetur Luc̄ vltimo: licet non habeat̄ exp̄sse ex euangelio qn̄ facta ē ei ista apparitio. p̄babile tamē ē q̄ hoc fuit ip̄e ⁊ iohannes cucurrerūt ad monumentū: ⁊ non inuento corpore christi abijt petr⁹ mirans secū quod factum fuerat: vt dicitur Luc̄. vl. ⁊ ideo dū esset in tali admiratione solitari⁹ credit̄ xp̄s sibi apparuisse. quarto apparuit duobus discipulis euntibus in emaus: vt habetur Luce vl. quīto apparuit decē apostolis absente Thoma: vt habetur Johis. xx. ⁊ iste quinq̄ apparitiones facte sunt ipsa die resurrectionis: vt patet euangelia intuenti. sexto apparuit vndecī apostolis existente ibi thoma: vt habetur Joh. xx. et fuit octaua die post resurrectionem: vt habet̄ ibidē. septimo apparuit Petro ⁊ socijs suis ad mare tiberiadis: vt habet̄ Johis vl. ⁊ octauo in monte thabor. vt hic dicitur apparuit apostolis et multis alijs. Et iterum bis apparuit discipulis in die ascensionis semel in hierusalē ipsis conuescentib⁹. et semel in monte oliueti hora sue ascensionis: vt habetur Marc̄. vltimo: ⁊ Luc̄. vltimo ⁊ Act. j. sequitur: e Et videntes eum adorauerunt. adoratione latrie. f Quidam autē dubitauerunt. ex quo patet q̄ ibi erant alij q̄ apostoli qui iam erāt certificati de eius resurrectione. etiam thomas qui inter alios fuit magis incredulus. ⁊ hec patent ex precedentibus. g Et accedens iesus locutus est eis. ad certificandū eos q̄ dubitabāt de sua resurrectiōe. dicens: h Data est mihi omnis potestas ⁊c̄. q̄ licet xp̄s q̄tū ad diuinitatē ab eterno haberet hāc potestatē. ⁊ inq̄tū homo ab instāti conceptionis haberet potestatem in celo ⁊ in terra auctoritatiue. tamen executiue nō habuit ante resurrectionē suā: s; voluit esse passibilitati subiectus propter nostrā redemptionē. i Eūtes ergo. Hic ponit̄ diuulgatio dn̄ice resurrectiōis q̄tū ad oēs pp'los q̄ facta est p̄ predicationē ap'lo⁊ p̄ vniuersū orbē. ⁊ hoc est qō dicit̄: k Docete oēs gētes. pri⁹ enī dixerat eis q̄ solū p̄dicarent iudeis vt supra dicitur. x. ca. q̄ ante christi resurrectionē fides xp̄i nō erat diuulganda per vniuersum orbē. vt ibidē dictū est. l Baptiçantes eos. p̄posuit: docete. q̄ cathecismus debet p̄cedere baptismū. vnde adulti prius debent instrui de his que pertinent ad fidē q̄ baptiçent̄. n In nomine. p̄pter vnitatē substātie. m Patris et filij ⁊ spūssancti. p̄pter distinctionē p̄sona⁊. Ista ē forma baptismi instituta a christo: sed familiari cōsilio spūssācti q̄dāmodo mutata est in primitiua ecclesia. qn̄ ap'li baptiçabant in nomie christi: vt habet̄ Act. x. ⁊. xix. vt nomē xp̄i qō tunc erat odiosū magnificaretur: ⁊ hoc diffusius tractatur in quarto s̄niarū. o Docentes eos seruare omnia quecunq̄ mandaui vobis. videlicet sacramenta a xp̄o instituta ⁊ alia ad fidē catholicam p̄tinentia. p Et ecce ego vobiscū sū om. die. ⁊ hoc dupliciter. Uno mō assistēdo eis in op̄ib⁹ miraculosis ad p̄firmationē doctrie. Alio modo existendo in sacra

† Mar.16.

¶ Mat. Ecce ie.oc.e.di. Auete. Ille aūt ac.⁊ te.pe.e. Sic colligimus et angelorū allocūtionē bis eas habuisse veniētes ad monumentū: ⁊ ipsius dñi semel: qñ maria hortulanū putauit: et nūc cū eis iterū occurrit: vt eas ipsa repetitio firmaret. Uenit ergo maria magdalene nūciās discipulis: ⁊ alie q̄ cum ea erāt quas Lucas cōmemorat. (Lu.24.b) Plures quidem fuerūt apparitiões qd īnuit paulus, dicēs: Uisus est iacobo: visus est plus q̄ q̄ngētis fratribꝰ simul: sꝫ decē legimꝰ in euangelijs. (Joh.20.c) Quinq̄es in ipo resurrectiōis die. (Ibi.c.) Primo apparuit marie magdalene flēti ad monumētū. Postea eidē ⁊ alij marie egredientibus nunciare aplis. (Lu.24.b) Tertio simoni. (Joh.21.d) Quarto cleophe ⁊ socio eiꝰ. (Ibi.f) Quīto reuersis illis ⁊ narrātibꝰ quō cognouerūt eū in fractiōe panis. (Ibi.20.f) apparuit ianuis clausis vbi Thomas aberat. Sexto post dies octo qñ cū eis erat Thomas. (Ibi.21.a) Septimo piscantibus ad mare tiberiadis. (Mat.16.a) Octauo in mōte galilee qui nō lōge erat ab hierusalē. Nono recūbentibꝰ illis vndecim die quo ascendit. (Act.1.b) Decimō viderūt eū iā nō in terra positum: sed eleuatū in aera: celos petentē, dicēte eis angelo: Sic veniet queadmodū vidistis eū euntē in celū.

¶ diuinitate.

vobiscū sum omnibus diebus:

¶ cum finitis laboribus mecū regnabitis.

vsq̄ ad cōsummationē seculi. a

## Finit euangelium ꝯm Mattheum.

¶ Incipit

## Nico. de lyra

do in sacramēto eucharistie vbi est totꝰ christus: vt ptꝫ ex p̄dictis ca.xxvj. a Usq̄ ad cōsummationē seculi. Ex quo patꝫ q̄ fides catholica nō deficiet vsq̄ ad finē mūdi: q̄ntūcūq̄ tribulationibꝰ agitet. Aduertēdū etiā q̄ licet deꝰ nō assistat continue doctoribꝰ eccl'ie p operationē miraculorū: q2 nō est necesse cū fides catholica sit sufficiēter ꝯfirmata p miracl'a facta in p̄mitiua eccl'ia. tñ aliqñ hoc mō assistit eccl'ie faciēdo miracl'a aliqua ad cōsolationē fideliū. assistit etiam eccl'ie semp ipam dirigēdo p occultos instīctꝰ spūsctī: vt sic nō ōficiat fides Petri Ad laudē ⁊ gl'iam dñi nr̄i iesu xp̄i: cui est honor ⁊ gl'ia in secula seculorum Amen. Ca. XXVIII

## Moraliter.

Uespe aūt sab. Sequit: a† Et ecce terremotus ⁊c. Beda. Qr terremotꝰ resurgēte dño: sicut ⁊ ipo moriēte in cruce factꝰ est magnꝰ, significat terrena prius corda p fidem passionis ac resurrectiōis eius ad penitētiā cōcutiendo salubri pauore cōmota. b† Angelꝰ enī dñi descēdit de celo. Angelus iste significat bonū prelatū. de quo dicit Malach.ij. Angelꝰ dñi exercituū est q̄ descēdit de altitudīe ꝯtemplatiōis diuīe. ꝓpter reuelationē necessitatꝫ fraterne. c† Et reuoluit lapidē. impedimētū tollēs accedēdi ad xp̄i monumētum: q2 monet mentes subditorum ad cōsiderationē mortꝫ xp̄i p cōpassionem et resurrectionis eius per celestiū amorē.
d† Aspectus eius sicut fulgur. nam obstinatos terret.
e† Et vestimentum eius sicut nix. quia penitentes demulcet. In signum huius subditur: f† Pre timore autē eius exterriti sunt custodes ⁊ mulieribus dixit: Nolite timere vos. Uenite et videte locū ⁊c. per diligentē meditationē predictorū.
† Et cito euntes. i. alios inducentes ad simile bonū.
m† Precedet vos in galileā ⁊c. que trāsmigratio interp̄tat q2 christus trāsmigrās ad celestia p̄cessit ad p̄parandū electis suis loca. † Ibi eū videbitis. facie ad faciē in gl'ia.
r† Et ecce ie. occur. illis. Ra. Per hoc ōndit oībꝰ iter virtutū inchoantibꝰ vt ad salutē ppetuā puenire queāt adiuuādo se occurrere. † Pecuniā copiosā dederūt mili. dicētes. Hylariꝰ. Emit ergo resurrectiōis silētiū ⁊ furti mēdaciū argēto: q2 honore seculi q̄ in pecunia est ⁊ cupiditate christi gl'ia denegat. Itē istis iudeis sil'es sūt q̄ cū magnis sūptibꝰ ⁊ laboribꝰ conant ad subuersionē veritatꝫ in speculabilibꝰ vl' agibilibus cuiusmodi sūt aduocati dolosi ⁊ doctores gl'iosi: ⁊ illi q̄ eos ad hoc inducūt. b† Undeci disci. abierūt ī ga. in mō. ⁊c. Rab. In mōte q̄dē apparuit eis dñs vt significaret q̄ corpus qd de cōmuni generis humani terra nascendo susceperat: iā sup omnia terrena subleuabat: ⁊ vt admoneret fideles si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiūt videre. hic ab infimis voluptatibus studēt ad sup̄na desideria trāsire. i† Euntes ergo docete oēs gētes baptiçātes ⁊c. ex hoc ptꝫ q̄ predicatores euāgelij debēt oībꝰ magnis ⁊ paruis sine acceptiōe p̄dicare et ministrare sacramēta: ꝯm grām ⁊ ptātē īmediate a dño vl' per ministros suos sibi datā: quibus ꝓmittitur assistentia dñi. cū dicitur: Et ecce vobiscū sum ⁊c. scꝫ dirigēdo sermonē ad salutem audientiū et meritū vestrū.

Explicit postilla Nicolai de lyra sup Mattheum.

Incipit Proemiū Nicolai de lyra ī euāge. Marci.

Facies leonis a dextrꝫ ipōꝝ q̄ttuor: Ezech.j. ꝯm qd dictū fuit in p̄ncipio euāgelij ꝯm Mattheū p q̄ttuor facies q̄s vidit Ezechiel ꝓpheta in aīali vno: designāt quattuor euāgeliste seu q̄ttuor euangelia ab eis scripta de dño nr̄o iesu xp̄o. ⁊ sic in facie hoīs designat euangeliū Matth. sic in facie leōis designatur euāgelium Marci. de quo dicit verbū ꝓpositū: Facies leonis ⁊c. In quo quidē vbo circa Marci euāgeliū possumꝰ quattuor notare: videlicet p̄cedēdi modū. cū dicit: Facies. speciale subiectū. cū dicitur: leonis. ordinē vel sitū. cum dr: a dextris ipsiꝰ cū alijs certū numerū. cū dicitur: ipsoꝝ quattuor. Circa primum ꝯsiderandū q̄ licet facies sit breuis ps corpis: tñ in ea cōtinētur oēs sensus videlicet visus auditꝰ ⁊c. sic in euāgelio Marci licet sit breue respectu alioꝝ: tñ in eo breuit cōtinent sententie alioꝝ triū euāgelioꝝ: ꝯm qd dicit Grego. sup Ezech. Si q̄ras q̄d Marcꝰ de incarnatione dñi senserit. hoc nimirum qd Mattheꝰ Lucas ⁊ Johānes. ⁊ ideo talis modꝰ p̄cedēdi in q̄ sub quodā cōpēdio continet alioꝝ sniē cōpetent p faciē designāt: de q̄ pōt accipi illud qd dr Hester xv. Facies tua plena gratiarum: q2 modus p̄cedēdi ipsiꝰ sancti Marci euāgeliste: licet sit breuis vt dictū est: tñ plenꝰ est sniaꝝ gratiosaꝝ: ⁊ sic patet primū. Circa ꝯm cōsiderandū q̄ licet Marcꝰ de oībꝰ xp̄i factꝫ scribat. sicut ⁊ alij: tñ specialit vsat ⁊ īmorat circa resurrectionē ⁊ regnū xp̄i qd assecutꝰ est xp̄s in sua bñdicta resurrectiōe: ꝯm qd dixit apl'is īmediate post resurrectionē suā Mat. vl. Data est mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. qd quidem regnū p leonē cōuenient designat: q̄ est rex aīalium: vt dicit Isidorꝰ libro Ethimol'. xij. ⁊ iō speciale subiectū: circa qd specialiter immorat: Marci euāgeliū designat in noīe leonis: ⁊ hoc ꝓpter tria q̄ in resurrectiōe xp̄i repiunt ⁊ ꝓprietatibꝰ leonis assimilant. primū est resurrectiōis efficiēs p̄ncipiū qd in alijs hominibꝰ est extrinsecū: sꝫ in xp̄o fuit intrinsecū: ꝯm qd ipse dicit Joh.x. Potestatē habeo ponēdi animā meā: ⁊ potestatē habeo iterū sumēdi eā: q2 ꝓpria virtute resurrexit: ⁊ simile huiꝰ in ꝓprietate leonis reperit. dormit enī ocul'apertꝫ ꝯm qd dicit Isid. vbi. s̄. Licet aūt caro xp̄i in sepulchro dormierit p verā mortē ⁊ aīe separationē: tñ diuinitas vtriq̄ ꝯiūcta vigilabat: ꝯm qd dicit Canti.v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. ⁊ virtute huiꝰ deitatis sic vigilātꝫ surrexit a somno mortis. vñ p̄t exponi de eo qd dicit Hiere.iiij. Ascēdit leo de cubili suo: q2 xp̄s q̄ est leo de tribu iuda de sepulchro ascēdit virtute ꝓpria. scđo assimilat leoni ꝓpter tp̄s ⁊ modū: q2 resurrectio xp̄i facta est post triduū: qd tñ accipit p synecdochen: ita similit leo natꝰ de nouo tribꝰ diebꝰ dicit dormire ꝯm Isido. vbi. s̄. ⁊ postea fremitu ⁊ rugitu patris excitat: sic xp̄s pꝰ triduū dormitiōis in sepulchro virtute dei patris fuit excitatꝰ a mortis somno: ꝯm qd dicit Act.iij. Hunc deꝰ suscitauit a mortuis ⁊c. ⁊ ideo de h̄ pōt exponi illud Gen. xlix. Catulꝰ leonis iuda. ⁊ subdit: Requiescēs accubuisti vt leo. s. ī sepl'chro ⁊ subdit: Quis suscitabit eū. s. de somno mortis post triduū: ad qd pōt rñderi: deus pater: vt patet ex p̄dictis. Nec istō dictū ꝯtrariat ei qd p̄missū ē. s. q̄ xp̄s resurrexit virtute ꝓpria: q2 vna ⁊ eadē simplicit est ptās patris ⁊ filij. tertio assimilat resurrectio leōi ꝓpt assecutū imperiū: q2 licet xp̄s ante resurrectionē suā humilis ⁊ abiectus apparuerit: tñ in resurrectione dominiū obtinuit: ꝯm qd dicit Apl'us ad Phil'.ij. Humiliauit semetip̄m factꝰ obediēs vsq̄ ad mortē: mortē aūt crucꝫ. Propter qd ⁊ deꝰ exaltauit illū ⁊ donauit illi nomē qd est sup omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectat celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ ⁊c. ⁊ in leone inuenit huiusmodi similitudo in q̄ntū est rex animaliū: vt predictū est: ⁊ ideo nomē leonis dicit a leon grece quod signat regē latine. ⁊ de hoc dicit Apocal'.v. Ecce vicit leo de tribu iuda: q2 p suā bñdictā passionē ⁊ resurrectionē subiecit sibi omnē creaturā: ⁊ sic patet secundū. Tertio in verbo p̄assumpto notat huius euāgelij sitꝰ vel ordo. cum dicit: A dextris. In illa enī visione imaginaria Ezechieli ꝓphete ostensa sic apparebat animal hñs quattuor facies: q̄ facies hominis erat in directo aspectu ꝓphete. facies aūt leonis in dextera parte: ⁊ bouis in sinistra: ⁊ ideo sicut euangelium Matthei quod designat per faciē hoīs ponitur primū: ita euāgeliū Marci rationabiliter ponit secundum: quia dextera pars prior est sinistra: ⁊ de hoc pōt exponi qd dicit Deut. xxxiij. In dextera eiꝰ ignea lex. i. lex euāgelica

Incipit quedã ĩtroductio circa hũc prologũ.

Hieronymꝰ. Quattuor sũt qualitates de quibꝰ scta euangelia ꝯtexunt. Precepta: mãdata: testimõia: exempla. In ꝓceptis iusticia: in mandatis charitas: in testimõijs fides: ĩ exemplis ꝑfectio. Precepta hmõi: In viam gẽtiũ ne abieritis: hoc est: diuertere a malo. Mãdata vt hoc: Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ: hoc ẽ facere bonum ⁊ charitatẽ ĩpler. Testimõia q̃ in ore duoꝝ vl' triũ testiũ. vt hoc: Johãnes testimonium ꝑhibet de me: sꝫ habeo testimoniũ maius iohanne: est enĩ pater q̃ testimonium ꝑhibet de me. Exempla vt hoc: Discite a me: q2 mitis sũ ⁊ humil' corde. ⁊ estote perfecti sicut et pater vester ⁊c. ⁊ alibi: Exẽplũ eĩ dedi vobis vt ⁊ vos ita faci. De his eniꝫ dauid. Preceptuꝫ dñi lucidũ illu. Historiã maxie ꝑcepta cõtinet. Et alibi: Latũ mãdatũ tuum nimis: q2 q̃ diligit ꝓxim totã legẽ impleuit. Itẽ: Testimõia tua ĩtellexi. ⁊ alibi: Testimoniũ dñi fidele: q2 plus fide animi q̃ oculis carnis testimoniũ ĩdiget. Quarto Judicia dñi v.i.i.s.i. Ut sic.s. sint iudicioꝝ nr̃oꝝ exempla iustificata: sicut in iudicijs dei cõparata habemꝰ. Unde idẽ alibi: A iudicijs enĩ tuis timui. In quo enĩ iudicio iudicauerimus iudicabitur de nobis. In his quattuor qualitatibꝰ sunt: timor: fides: spes: charitas. Timore nanq3 incipimꝰ: fide seruamus q̃ incipimꝰ: spe erigimur: charitate ꝯsummamur. Finis enĩ ꝑcepti est charitas. Hi sunt q̃ttuor mẽses q̃s xp̃s ante messeꝫ ꝑdixit dicẽs: None q̃ttuor menses sũt vsq3 ad mensem: Ut ⁊ nos ꝑ ꝑcepta domini atq3 mãdata ac testimonia ⁊ exẽpla maturos pꝰ iudiciũ metamus fructꝰ cũ gaudio: q̃ ĩ lachrymis timoris semĩa ꝑnitẽtie iactauimꝰ in terra nr̃a portãtes charitatis manipulos cũ gaudio metamꝰ in celo. Hiero. Marcus euãgelista dei: petri discipulꝰ: leuiticus genere: ⁊ sacerdos: in italia hoc scripsit euangeliũ: primꝰ alexandrie ep̃us: cuius ꝑ singl'a opꝰ euãgelij dicta scire: ⁊ in se disponere: ⁊ disciplinã in se legis agnoscere: ⁊ diuinã dñi in carne intelligere naturã. Qui semĩat pꝰ mattheũ: q̃ fremit vt leo: q̃ volat vt aq̃la: q̃ discit vt homo: q̃ ĩmolat vt sacerdos: qui irrigat vt flumẽ: q̃ florescit vt ager: q̃ feruet vt vinũ. Christus enĩ de quo loquit: vt hõ nascendo: vitulꝰ moriẽdo: leo resurgẽdo: aq̃

[Margin: Mat.10.a; Joh.13.d; Mat.18.c; Joh.1.b; Mat.11.d; Ibid.5.g; Joh.13.b; Ps.18.; Ibid.118.; Ibidem; Ibi.18.; Ibidem; Ibid.118.; 1.Tim.1.a]

Incipit ꝓlogus beati Hieronymi in Marcũ euãgelistã.

Marcus euangelista [a] dei electus: ⁊ petri in [b] baptismate filiꝰ atq3 in diuio ꝑmõe discipulꝰ: sacerdotiũ in [c] israel agens: ꝑm carnem leuita conuersus ad fidem christi: euãgelium in italia scripsit: osten [d] [e] dẽs in eo q̃d et generi suo debe ret ⁊ xp̃o. Nam initiũ ꝑncipij in [f] [g] voce prophetice exclamatiõis i [h] stituens ordinẽ leuitice electio [i] nis ostẽdit: vt predicãs predesti [k] natum iohãnẽ filiuꝫ zacharie in voce angeli annũciãtis emissũ: [l] [m] non solum verbum carnem fa [n]

[Interlinear glosses: s confirmationem. — s q̃ est de iohãne baptista q̃ est de genere marci q2 de tribu leuitica: et ita oñdit marcꝰ q̃d debe at generi suo. — s.i. dignitatis. — s.i. sola gratia dei creatũ. — s.i. ad hoc emissũ vt esset vox et angelꝰ annũcians q̃ notant in ill' duabꝰ auctoritatibꝰ vox clamantis: et ecce ego mitto an.]

a marco descripta: q̃ dicit ignea: q2 accẽdit animos fideliũ ad amorẽ celestiũ. inq̃tũ describit resurrectionẽ christi: ꝑ quã introducimur ad celestia: q2 tũc saluator noster deuicta morte eternitatis nobis aditũ reserauit. sicut dicit in collecta pasce: ⁊ in signum huius angelꝰ resurrectionis christi nunciꝰ qui ꝑhennẽ vitã eiꝰ nũciare venerat: recte in dextera sedebat: ꝑm q̃d dicit Beatꝰ Gregoriꝰ Homel. xij. ⁊ sic patet tertium. Quarto in verbo ꝑassumpto describit numerꝰ determinatus euãgeliorum. cũ dicit: Ipsorũ quattuor. Circa q̃d cõsiderandũ q̃ licet plura euãgelia ⁊ a pluribꝰ fuerint scripta: quattuor tñ tm̃ sũt approbata: ꝑm q̃d dr in ꝓlogo sup Mattheũ: ⁊ hoc ꝓpter figurã sacramenti: q2 iste quaternariꝰ numerus multipliciter fuit in lege figuratꝰ. Primo in quattuor fluminibus de paradiso exeuntibus. Gen. ij. Item in quattuor patriarchis principalibus a quibusdam denominata est cariatharbe: id est ciuitas quattuor. Gen. xxiij. quia quattuor principales patriarche sunt ibi sepulti cum suis vxoribus. Tertio in quattuor circulis arce testamẽti: Exo. xxv. Quarto in quattuor pedibus mense ꝓpositionis. ibidem. Quinto in quattuor cornibus altaris holocaustorum: Exo. xxvij. Sexto in quattuor ordinibus lapidum rationalis: Exo. xxviij. Septimo in quattuor deambulatorijs domus Salomonis. iij. Reg. vij. Octauo in quattuor ventis mortuos viuificãtibus: Ezechielis. xxxvij. Nono in quattuor minimis terre ꝑ ceteris tamen sapientibus: Prouerb. xxx. Decimo ĩ quattuor viris in fornace deũ laudantibꝰ: Dañ. iij. Undecimo ĩ quattuor fabris cornua heresum deijcientibus: Zach. j. Duodecimo in quattuor quadrigis ꝑ orbẽ discurrentibꝰ: Zacha. vj. Tertiodecimo in quattuor animalibus oculatis ante ⁊ retro: Apocal. iiij. de quibus ibidem subdit q̃ requiem non habent die ac nocte dicentia: Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotẽs: cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.

Eadem Nicolai expositio sup ꝓlogum Marci.

a Marcus euãgelista. Euangelio Marci beatꝰ Hieronymus premittit prologum istum qui diuiditur in tres partes: quia primo Hieronymꝰ ostẽdit scriptoris auctoritatẽ. secundo scribendi modum et ordinem. ibi: Nam initium principij. tertio ordinis rationem. ibi: Deniq3. Circa primũ ostendit auctoritas beati Marci scriptoris huius euãgelij. primo q̃ttũ ad officiũ post eius conuersionem ad fideꝫ catholicam. cum dicitur: Marcus euangelista dei electus. ad officiuꝫ enĩ scribendi euangeliũ fuit a deo electus ⁊ assumptus. secũdo q̃ttũ ad eruditionẽ ĩ fide catholica pleniorem. cum dicitur: b Et petri in baptismate filius. atq3 in diuĩo sermone discipulus. Ex hoc enim q̃ fuit filius spiritualis beati petri fuit ei magis familiaris: ⁊ ꝑ consequẽs specialiꝰ ab eo eruditus de factis ⁊ doctrina christi ꝑm q̃ petrꝰ viderat in xp̃o ⁊ audierat ab ip̃o: ꝓpter quod certius poterat scribere euangeliũ a petro auditũ: q̃ꝫ ceteri discipuli eiꝰ. tertio ostendit eius auctoritas ex statu queꝫ habuit ante cõuersionẽ. cum subdit: c Sacerdotiũ in israel agẽs ꝑm carnẽ leuita: q2 ad sacerdotes ⁊ leuitas ꝑtinebat scire ꝑ ceteris scripturas veteris testamẽti q̃ de christo testimoniũ perhibent. d In italia scripsit. vbi tunc vigebat studiũ quod a grecia fuerat romã translatũ: ⁊ in eadem ciuitate marcus rogatus a fratribus scripsit istud euangeliũ: vt dicit Hiero. in libro illustriũ viroꝝ: ⁊ ex solennitate loci scriptoris ostenditur auctoritas: quia in talibus locis nõ solẽt scribere nisi homines autentici. e Ostendens in eo quid et generi suo deberet. sacerdotes enim leuitici generis qui debent intelligere scripturas ꝓphetarũ testimoniũ de christo perhibentium: ex hoc redduntur magis idonei ad scribendum euangeliuꝫ. f Et christo. q2 licet breuiter scripserit euangelium: tamen sufficienter christo reddidit debituꝫ eius euangelium complete scribendo. g Nam initiũ. Hic consequenter ostendit Hieronymus scripture ipsius marci ordinem Circa quod sciendum q̃ marcus in principio sui euangelij ponit quandã prefationem vsq3 ad illũ locum: Fuit in deserto iohannes. vbi premissa prefatione incipit narrationem. primo ergo ostendit Hieronymus ordinem scripture marci q̃ttum ad ꝑfationem seu ꝓlogum. secundo q̃ttum ad narrationẽ seu tractatũ. ibi: Deniq3 cum ꝑfecti. Circa primũ sciendum q̃ marcꝰ in ꝑfatione sui euangelij ponit duas ꝓphetias. prima habetur Malach. iij. Ecce ego mitto angelum meũ. ⁊ loquitur de aduentu christi in mundo: ad quem denunciandum premissus est iohannes baptista in hac ꝓphetia designatus per angelum. angelus enim interpretatur nuncius. secunda habetur Esa. xl. Vox clamãtis in deserto parate viam domini. ⁊ loquitur de aduentu christi in corde humano ꝑ fidẽ ⁊ deuotionem: ⁊ de istis duobus ostendit hic Hieronymus: licet obscure q̃ contineant in prefatione ipsius marci euangeliste. cum dicit: Nam initiũ principij: id est initiale principium: seu prologum a quo incipit suum euangelium. h In voce prophetice exclamationis instituens: quia prologuꝫ suũ inchoat a prophetijs: vt dictũ est. i Ordinem leuitice electionis ostendit. i. sue electionis ad scribẽdũ euangeliũ ostẽdit ordinem per hoc q̃ a principio sui operis allegat prophetias quarum intellectũ sacerdotes leuitici generis de quibus fuerat debebant habere. k Ut predicãs iohannem predestinatũ. i. a deo preordinatum. l Emissum in voce angeli. i. significatũ nomine angeli: vt dictũ est. m Annũciantis. s. iohãnis. n Nõ solum ver. car. fa. i. aduẽtũ xp̃i in carnẽ. ꝑ quã in mũdo visibilis apparuit.

Sed et cor.

gendo: aquila ascendēdo. Hiero. Marcū pene intactū. maiores nři ptercierūt: qz pene eadē q̄ matthe⁹ narrat: licet q̄busdam distinctis testimonijs: vt alteri⁹ ala alā alteri⁹ tangat aīalis: z rota rotā eadē via sequat: z versis ad inuicē vultib⁹ sese animalia contueant. In primo canone marc⁹ cū mattheo lucaq̄ comitat z iohāne. In secūdo cū mattheo z luca. In quarto cū mattheo et iohanne. In sexto canone comitat sp̄ cū mattheo: vt duo anuli i vno veete: id est in quadraginta nouē capitulis. In octauo

## Nico. de lyra

a Sed z corpus dñi. i. ecclesiā seu cōgregationē fideliū: q̄ est corp⁹ xp̄i mysticū. b In oīa p ver. diuiñe vocis animatū. i. viuificatū: qz sicut aīa viuificat corp⁹ vita nature: ita verbū diuinū q̄d est dei fili⁹ veniēs in mētib⁹ hominū viuificat eos vita grē: z vtrūq̄ aduentū xp̄i. s. in carnē z in mentē denūciauit iohānes baptista p suā pdicationē. z qz ista pdicatio iohānis fuit ordinata ad eruditionē fideliū. ido subdit: c Ut q̄ hec legens sciret. i. animaduerteret. d Cui initiū carnis in deo. i. in xp̄m: cuius caro nō habuit pncipiū ex viro: qz nō de semine virili nat⁹ est: sed virtute spūſancti illa caro sanctissima fuit formata. e Et iesu aduenietis habi. i. mentē humanā q̄ est habitaculū ipsi⁹ iesu venietis in mentē: vt dictū est. f Caro debe. agnoscere. i. homo q̄ in sacra scriptura vocat caro: Esa. xl. Omnis caro fenū: z omnis gloria ei⁹ quasi flos agri: qz p plogū marci euāgeliste hō legēs debet cognoscere vtrunq̄ aduentū chri- sti. s. in carnē z in mentē. g Atq̄ in se verbū vocis. i. dei filiū p iohannē q̄ vocat vox clamātis in deserto annūciatū. h Qd̄ in cōsonātib⁹ pdiderat. i. in primis parentib⁹ suasioni serpētis cōsentientib⁹ in quib⁹ gen⁹ humanū pdidit verbū dei mētes viuificās vita gratie. i Inueniret. p fidē xp̄i in carnati quā pdicauit iohēs, put traditur in euāgelio marci. Alit expōit ab aliquibus ab illo loco: Caro deberet agnoscere. i. pat carnalis iohānis baptiste. s. zacharias deberet agnoscere q̄ angelus ei apparēs verū sibi annūciauerat: qz ꝓpter dubiū verbi et⁹ fact⁹ est mutus. Atq̄ in se verbū voc. i. loquelā articulatā. Qd̄ in cōsonātib⁹ pdiderat: qz lic3 muti possint sonare vocales saltē aliq̄s: ñ tñ cū eis pñt sonare cōsonantes. Inueniret: qz zacharias in natiuitate filij firmit credēdo recupauit loquelā quā pdiderat xp̄is angeli discredēdo. k Deniq̄ cū pfecti euāgelij zc. Hic oñr ostēdit ordie3 scripture marci q̄tū ad narrationē seu tractatū sui euāgelij: ostēdēs cū ordia te scripsisse per hoc q̄ aliqua omisit eo q̄ sufficient erāt a mattheo expssa: aliq̄ et ab eodē mattheo dicta breuit tetigit: vt vitaret plixitatē z xp̄oz matthei ostēderet firmitatē: qz i ore duoꝝ vl̄ triū testiū stat oē xp̄bū. z in h̄ etiam q̄ aliq̄ addidit matthei dicta ad pfectā euāgelij descriptionē. z h̄ ē q̄d dī: Deniq̄ cū pfecti euāgelij op⁹ itrās. i. narratio nē euāgelij icipiēs. z dicit pfecti euāgelij: qz lex mosaica lic3 esset bōa: tñ fuit impfecta: qz pplo rudi z ipfecto fuit data. iō dī Heb. vij. Nihil ad pfectū adduxit lex: s3 euāgeliū ipfectionē legis suppleuit. vl̄ alit dī: Perfecti euāgelij: vt ptinet lr̄a cū h̄ q̄d seq̄t: l Et a ba. dñi pdi. deū ichoās: qz xp̄s tpe pdicationis sue iceperat. xxx. sue etatis annū: vt hr̄ Luc. iij. q̄d ē tps etat⁹ pfecte: z fm h̄ pt dici. Perfecti euāgelij op⁹ itrās zc. eo q̄ incipit narrationē euāgelij sui a baptismo xp̄i q̄ tpe in etate fuit pfecta. m Nō laborat nati. car. s. xp̄i. n Quā in priorib⁹ vi. s. dictis matthei ad vitādū supfluitatē. o Sed toti⁹ expri. expo. deserti. i. quō post baptismū imediate intrauit desertū ibi habitādo. p Jeiuniū nu. s. xl. dierū: q̄ numerus est mystic⁹: eo q̄ psurgit ex denario p q̄ternariū ducto: in q̄ significat̄ ipletio decalogi in fide xp̄i icarnati in q̄ternario euāgelioꝝ descripti: dicit ad vitā beatā: s3 q̄d dicit saluator Matth. xix. Si vis ad vitā igredi serua mādata. q Tētationē diaboli. q̄ pleni⁹ describit Matth. iiij. r Cōgregationē bestiaꝝ zc. vt ostēderet q̄ aīalia irrationabilia z creature intellectuales celestes obediāt ei. s Ut instituēs nos zc. ad h̄ pdicta breuiter tetigit: vt instrueret nos. t Ad intelligendum q̄ eadē lati⁹ dicta a mattheo vera essent. iō subdit: v Nec auctoritatē facte rei. i. euāgelij descripti a mattheo. x Demeret. sed magis adderet z ꝯfirmaret. y Et pficiendi opis zc. addendo aliqua bis q̄ a mattheo fuerāt pdicta. z Deniq̄ amputasse. Hic oñr ostendit pdicti ordinis rōnē. licet eni spūſſctūs pncipalit causa fuerit hui⁹ ordinate descriptionis: Marc⁹ tñ fuit cā instrumētalis z ex pte ei⁹ hic assignat dicti ordis cā: z pmo ex ei⁹ hūilitate. scdo ex studiositate. ibi: Cui⁹ p singula. Circa primū sciendū q̄ sapiētis est ordiare seu ordinate scribere. Humilitas aūt maxime dispōit ad sapiētiā diuinā: s3 q̄d dī Prou. xj. Ubi humilitas ibi z sapientia. z iō ostēdit marci humilitas cū dī: Deniq̄ ampu. sibi post fidē pol. dicit: vt sacer. repro. haberet. ex hūilitate eni reputabat sese indignū: z iō reformidabat ascēdere tātū gradū. a Sed tātū psen. fidei pde. po. ele. i. diuīa ordīatio q̄ ita potēs est q̄ ei nullus pt resistere. b Cōsentiēs fidei. i. ꝯdescēdēs deuotioni fideliū: q̄ desiderabāt eū habere episcopū: fecit aliter ipm ꝓmouēdo: licet ex humilitate refugeret. ideo subditur: c Ut nec sic in opere verbi perderet. i. in predicatione quod est opus episcopi. vnde Act. vj. Apostoli quorum successores sunt episcopi: vt habetur in decretis distin. xxj. ca. in nouo testamento: ad ministrationem temporalium septem diaconibus cōmiserunt: vt operi predicationis liberius vacarent. d Quod prius meruerat in genere. fuit eni de tribu leui ad quam spectabat sacerdotiū. e Nam alexandrie episcopus fuit. non obstante q̄ amputasset sibi pollicem. non enim dicit q̄ amputauerit sibi totum pollicem: sed forte aliquā partē per quam nō impediebatur a consecrando. z simile legitur factum in libro qui dicitur paradisus de anthonio anachorita: quem cum quidā ciues vellent rapere et constituere sibi episcopum ferro secuit sibi aurem sinistrā. dicens: Lex diuina iubet nullum aure precisa optari in episcopū: quod cum theophilo episcopo hoc dictū fuisset: respōdit: a iudeis lex ista seruat: Ego autem si dederitis mihi aliquem auribus truncatum: sed moribus probum: nō dubito eum episcopum facere: hoc tamen modo non obseruatur. f Cuius per singula opus. Hic cōsequenter redditur ratio ex studiositate. homines eni studiosi magis possūt cogitata ordinare z ordinati⁹ scribere. Marcus aūt fuit valde studiosus: fm q̄d dicit hic: Cuius p singula op⁹ scire. s. ꝓbetias de xp̄o pnūciatas. g Et euāgelij in se dicta disponere. nō solū itelligēdo: s3 etiā opando.

---

ecclesiam.
a b ctū: s3 z corp⁹ dñi in omnia per
a s. i. pdicationē filij dei. b s q̄d oñdit ibi ante faciē tuā: z añ te. i. hoīes: z hoc ē q̄d xp̄o debet.
s iohānis. c s. i. charismatū ipletū donis.
verbū diuine vocis animatū in
s hoc ibi: q̄ pparabit viā tuā. z ibi: Parate viā dñi: rectas facite semitas. z hoc ite3 debet xp̄o.
c d initio euāgelice pdicatiōis ostē- deret: vt q̄ hec legēs sciret cui in
s. s. iobi cui pncipiū carnis in virtute dñi z ope
e itium carnis in domio: z iesu ad
ratione. s se esse habitaculū.
f uenientis habitaculum caro de
a s vt in se inueniret illa caro. s filiū dei.
g beret agnoscere: atq̄ in se verbū
s iohannis. s. i. in adā z eua z diabolo.
h vocis quod in cōsonantib⁹ per-
s illa caro. s. i. recuperet in christo.
i k l diderat iueniret. Deniq̄ cū pfe- cti euāgelij opus intrās: z a baptismo domini predicare deū in choans: non laborauit natiuita
a s. i. in mattheo pluralis p singulari: vel qz plures ante eum scripserunt.
m tem carnis quam in priorib⁹ vi-
n derat dicere: sed toti⁹ exprimens
o a s non nomen ieiunij: s3 ieiunij numerū q̄d q̄si subest numero ꝓ mysterio numeri.
p expositionem deserti: ieiunium
q numeri: tentationē diaboli: con-
r gregationem bestiarum z ministerium, ptulit angeloꝝ: vt insti-
s t tuēs nos ad intelligendū singu-
a s. i. matthei dicta destitueret.
v la in breui cōpingens: nec aucto-
x y ritatē facte rei demeret: et pficiendi
s. i. pretermissum ab eo suppleret.
z endi operis plenitudine3 nō negaret. Deniq̄ amputasse sibi p⁹ fidem pollicem dicitur: vt sacer-
a dotio reprobus haberet. Sed tā
s fidelibus volentib⁹ ipm pastorem.
b tum psentiēs fidei pdestiata po-
c tuit electio: vt nec sic in ope ver-
d bi pderet q̄d prius meruerat i ge-
e f g nere. Nam alexādrie epūs fuit: cui⁹ p singula op⁹ fuit scire et euā-

gelij in se dicta disponere: et disciplinam in se legl agnoscere ⁊ a diuinã in carne domini itellige- b re naturam. Que in nos primũ c oportet reqri: dehinc inquisita d volum⁹ agnosci: hñtes mercedẽ e exhortatiõis: qm̃ q̇ plantat et q̇ f g rigat vnũ sunt: q̇ aũt incremẽtũ prestat deus est.

a ∫ vt prius faciamus opa bona: post doceam⁹. ∫ bene exhortatiõis. ∫ tm̃.

Finit prologus.

## Glo. ordi.

In octauo canone cũ Luca comitatur in tredecim capitulis. In proprijs xo q̃ maxime vtcunq; explanare dispono decem ⁊ octo incedit spaciatim capitulis: que simul omnia ducẽta triginta sũt capitula. Marcus: excelsus mãdato. Lucas: iste ꝯsurgens vel ipse eleuans. Beda. Marcus Petri discipul⁹ rogatu romanoꝝ euangeliuz scripsit: vt quod petrus verbo ꝑdicauerat: cõseruaretur in ꝑpetuũ litterarũ memoria.

J. 5. a — Primo expulsio demõis in synagoga ab homie.
Mat. 8. a — Secũdo liberatio socrus simonis a febre.
Ibidem — Tertio leprosum mundauit.
J. 3. a — Quarto paralyticuz curauit.
J. 5. a — Quinto in synagoga manuz aridam curauit.
Mat. 9. c — Sexto demoniacũ a legiõe possessũ liberauit.
Luce. 8. f — Septimo fluxum sanguinis tact⁹ a muliere restrinxit. Octauo filiã iairi in domo suscitauit.
J. 6. e — Nono q̇nq; panib⁹ q̇nq; milia hominum satiauit.
J. 7. c — Decimo a filia syrophenisse demoniũ expulit.
Ibidem. d — Undecimo surdi et muti hominis aures ⁊ linguã apuit.
J. 8. c. — Duodecimo cecũ extra vicũ bethsaide illuminauit.
Mat. 15. d — Tredecimo quattuor milia septẽ pãib⁹ saturauit.
J. 9. c — Quartodecimo hominem a surdo ⁊ muto spũ quod discipuli nequibant liberauit.

Finit ꝓlog⁹.

Initiũ euã.

## Nico. de lyra

a Et disciplinã in se legis agnoscere: nõ solũ litteraliter intelligendo: sed etiã spiritualiter. b Et diuinã in car. do. itelligere na. q̃tũ ad distinctionẽ naturarũ: vt suppositi vnitatem: ⁊ qm̃ vitã ⁊ doctrinã beati marci debemus imitari. iõ cõcludit Hiero. c Que in nos primũ oportet requiri. doctrinã beati Marci imitando. d Dehinc inquisita volumus agnosci. supple ab alijs: qr ꝑfectionẽ quã aliquis habet debet alijs tradere: ꝺm illud. j. Pe. iiij. Unusquisq; ꝓut accepit gratiã in alterutrũ illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratie dei: quia hoc cedit ad magnũ meritũ. vnd' subdit: e Habentes mercedẽ ⁊c. sed quia iste labor sine dei adiutorio nõ ꝓficit. ideo subdit: f Qui plantat. pdĩo erudiẽdo. g Et qui rigat ⁊c. illã eruditionẽ fouẽdo ⁊ nutriẽdo. vnde dicit Aplus. j. Cor. iij. Ego plantaui: appollo rigauit: deus autem incrementũ dedit: qui ẽ benedict⁹ in secula seculoꝝ Amen. Occasione cuiusdã dicti in hoc prologo potest queri: vtrũ licitũ sit alicui seip̃m mutilare: ⁊ arguit q̄ sic: quia beatus marcus amputauit sibi pollicem: vt dictuz est: nec tñ ex hoc reprobatur. Itẽ occidere seip̃m pei⁹ est q̃z mutilare. Sãpson autẽ seip̃m iterfecit: vt habet Judic. xvj. ⁊ tñ numerat inter sanctos: vt habet Heb. xj. Itẽ raçias seip̃m iterfecit: vt habetur. ij. Machab. xiiij. ⁊ tñ scriptura videt ex hoc ip̃m cõmẽdare: qr ibidẽ dicit eligẽs nobilit poti⁹ mori q̃z subditus fieri peccatorib⁹. Itẽ min⁹ bonũ est cõtẽnendũ ꝓpt ꝯseruationẽ maioris boni: sicut ad conseruationẽ vite aliqs ꝓijcit merces in mari: ſʒ virtus castitatis est magis bonũ q̃z mẽbrũ corporale: ergo licite põt sibi q̇s abscidere virilia ꝓpter conseruationem castitatis. Contrariũ arguit per illud qđ habet in decret. di. lv. ca. Si q̇s amputauerit sibi virilia cleric⁹ nõ fiat: qr homicida sui est. Respõsio: q̇libet ꝑs corꝑis ordinat ad totũ. ⁊ ideo de ipso ordinandũ est: ꝓut respicit bonũ totius corporis: ⁊ vlterius ꝓut respicit bonũ hominis ⁊ cõmunitatis: qr sicut ꝑs corporis ordinat ad totũ corp⁹: sic corp⁹ ad hominẽ cuius est pars. ⁊ vnus homo ad totam cõmunitatem. Ergo si mẽbrum aliqđ sit noxiũ corpori: vtpote qr ꝓpter aliquã egritudinẽ est alioꝝ mẽbroꝝ corruptiuũ: licite potest abscindi ne inficiat alia mẽbra: ⁊ hoc ab eo cui⁹ est si habeat artẽ medicãdi vl' ab alio de volũtate ei⁹: qr cuilibet cõmissa est cura salutis sui corꝑis: sicut etiã homicida vl' raptor ꝑ iudicẽ licite occidit: ⁊ a cõmunitate hominũ abscindit inq̃tũ ei⁹ vita esset in nocumẽtũ cõitatis: qr iudicib⁹ cõmittit cura salutis cõmunitatis: si aũt mẽbrũ sit sanũ tũc regl'ariter nõ est licitũ alicui seip̃z mutilare. ꝑmo qr homo naturaliter amat seip̃m: ⁊ ꝑ cõsequẽs oĩa q̃ sũt de integritate ipsius. ⁊ ideo mutilare seip̃m est agere ꝯtra charitatẽ: quã q̇libet tenet habere ad seip̃m. Itẽ hõ singularis ẽ ꝑs cõitatis: ⁊ ideo inferre sibi nocumentũ ꝑ mutilationẽ est agere ꝯtra cõmune bonũ. Itẽ de⁹ ẽ institutor nature: instituẽdo mẽbra in corpore: ⁊ ideo mutilãs seipsum agit contra deũ: in casu tñ licitũ est: videlicet ex precepto dei occulto: qđ alio mõ vocatur instinctus spũssancti: qr deus est auctor nature et dñs vite ⁊ mortis

⁊ mortis humane: ⁊ ꝑ consequẽs omniũ membroꝝ: ⁊ ideo si ꝑcipiat homini auferri sibi vitã vel mẽbroꝝ aliquod: nõ solũ licitũ: sed etiã debitũ ẽ hoc fieri: ⁊ hoc mõ dicit Aug⁹. j. de ciuitate dei q̄ sampson interfecit seip̃m cũ philisteis: qđ ꝓbat ex hoc q̄ dñs ad hoc agendũ restituit sibi miraculose pristinam fortitudinẽ. vnde dicit ibidẽ Augusti. q̄ ille hoc latent iusserat fieri: q̇ ꝑ ipsum miracula faciebat: ⁊ hoc etiã modo dicit Aug⁹. de quibusdaz sãct' mulierib⁹: que tꝑe ꝑsecutiõis seipsãs occiderunt: de quibus ecclesia memoriam facit. Judei xo ⁊ aliqui christiani in hoc ipsos sequentes dicunt q̄ etiam sine tali precepto diuino vel instinctu licitũ est alicui se occidere vel mutilare in casu. s. qñ videt ratione sue vite vel alicuius membri imminere sibi ludibrium in contemptũ dei: quia debet negligere vitaz ꝓpriam: multo fortius aliquã partẽ sui corporis: sed ad precauendũ contemptũ honoris diuini: ⁊ hoc modo dicũt q̄ sampson interfecit seipsum: cõsiderãs q̄ philistei exercebãt in eo ludibriũ ad laudẽ idoloꝝ suoꝝ: ⁊ in diuinuz ꝯtẽptũ. ⁊ raçias vt habet. ij. machab. xiiij. ⁊ eodem modo q̃dã mulieres sancte legunt sibi nares amputasse: ne ab infidelib⁹ exercerent luxuria in corporib⁹ eaꝝ in contẽptũ diuinũ. Sed istud dictum videtur esse expresse contra dictũ saluatoris Joh. vl. dicentis Petro: Cum esses iunior cingebas te ⁊ ambulabas vbi volebas: cũ aũt senueris extẽdes man⁹ tuas ⁊ ali⁹ te cinget ⁊ ducet quo tu non vis. ⁊ subdit: Hoc aũt dixit significãs q̃ morte clarificatur⁹ esset deũ. sup quẽ locũ dicit Aug⁹. q̄ hic satis exp̃ssit nõ a seip̃o ſʒ ab alio debere occidi q̇ vestigia sequitur xp̃i: ⁊ eodẽ mõ dicẽdũ est de mutilatiõe. rõ etiã q̃ inducit pro opposito nõ valet: qr licet intẽtio ifideliũ sit exercere ludibrium in sctĩs ad dei ꝯtemptũ: tñ ex diuia ordiatiõe q̃ ex mal' elicit bona: ordinatur ad dei gloriam ⁊ meritũ electoꝝ: qđ patet in martyribus: qui quanto maiora ludibria ⁊ magis exquisita tormenta sustinuerunt: tanto gloriosius de tyrannis triumphauerũt ad tyrannoꝝ confusionẽ ⁊ ꝓpriũ meritũ: ⁊ dei gloriã qui in martyrib⁹ triũphabat. Ex dictis patet ad primũ argumentũ q̄ Marc⁹ amputasse credit sibi pollicẽ istinctu spiritusscti. Et eodẽ mõ dicẽdũ ad scđm ⁊ tertiũ. Ad q̃rtũ dicendũ q̄ nõ est licitũ amputare sibi virilia ꝓpt obseruãtiã castitatis: tũ qr hoc nõ est efficax remediũ: tũ qr ꝑ hoc nõ abscindũtur cõcupiscentie interiores: tũ qr ꝑ aliã viã habet melius remediũ: videlicet ꝑ conatũ liberi arbitrij resistẽdo tẽtatiõib⁹ cũ adiutorio dei: ꝺm illđ. j. Cor. x. Fidelis de⁹ ẽ q̇ nõ patietur vos tẽtari sup illud qđ potestis: ſʒ faciet cũ tẽtatiõe ꝓuẽtum vt possitis sustinere.

Marci in ꝓlogo scđo vbi dicit in postil. Ratio etiaz que inducitur pro opposito.

**Additio.** Hec ratio est valida ⁊ cõsona auctoritatib⁹ sanctoꝝ i postilla allegatis: lʒ postillator cã reijcere videat. j. Reg. xxxj. vbi videt tenere cũ hebreis ⁊ alijs min⁹ bñ sentientib⁹: q̇ asserũt q̄ saul posset excusari ab occisione sui: eo q̄ timebat ne in ip̃m q̇ erat principalis i ꝑpl'o fierẽt ludibria in cõtẽptũ dei. quã assertionẽ seu opinionẽ ibidẽ recitat tãq̃z verã vel saltẽ tolerabilẽ: qđ manifeste ꝯtrariatur his q̇ in h̃ loco tenet q̃ manifeste sũt vera ꝓut ptʒ legenti ea que hic ⁊ alibi a postillatore ponũt ⁊c.

**Replica.** In ꝓlogo circa euangelium sancti Marci postillator mouet q̃stionẽ: an sit licitũ quẽquã seipsũ mutilare. Et rñdet q̄ nõ nisi iteruen iat istinct⁹ diuin⁹: ⁊ addit q̄ iudei ⁊ q̇dã xp̃iani i h̃ eos sequẽtes dicũt q̄ licitũ sit nõ solũ se mutilare verũ etiã occidere sine tali istinctu ad ꝑcauẽdũ ludibriũ ⁊ cõtẽptũ honoris diuini: ſʒ illũ moduz dicẽdi reprobat postilla. ⁊ excludit rõnẽ ei⁹: qr ludibria ⁊ tales cõtẽpt⁹ de⁹ sit ꝯuertere i bonũ patiẽt ⁊c. Hic putat Bur. postil. velle iuoluere i ꝯdictorijs cõmẽdãs illũ modũ dicẽdi h̃. Sʒ dicit eũ sentire oppositũ illi⁹ ꝑmi Reg. vl. ꝭ diligẽter ꝑlegẽti q̄ postil. sentit đ saul ⁊ alijs se iterficiẽtib⁹: ptʒ q̄ Bur. ei falsũ iponit. postil. ei opinionẽ hebreoꝝ ⁊ aliq̃rũ latinoꝝ ibi recitat: ꝭ finalit i h̃ residet q̄ btũs Aug⁹. j. de ciuitate nullã ꝑsonã excusat sese occidẽtẽ: nisi iteruenerit diuinus istinct⁹: ita đ saul dici põt si vie alie nõ sufficiũt. vñ ptʒ Bur. frustra postillatorez notasse.

Incipit euã.

a Initiũ euã. ꝛc. Jsid. Euãgeliũ bõa annũciatio: Ca. I
qd ꝓprie ad regnũ dei ꝛ remissionẽ pctõꝝ ptĩet. vñ: Pe
nitemini ꝛ credite euãgelio: ꝛ appropinqbit regnũ ce/
loꝝ. Hiero. Quattuor euãgelia vnũ sũt: ꝛ vnũ qttu
or. Jtaqꝫ ꝛ marci dr liber euãgeliũ: ꝛ silr alioꝝ: qꝛ vnũ
oĩa: ꝛ omnia vnũ. b Jesu christi. Hie/
ro. Jesus hebraice: sother grece: saluator
latine. Christus grece: messias hebraice:
vnctus latine. i. rex sacerdos: dicit de ge
nere dauid regis: ꝛ leuitico. c Filij
Mat. 1. a dei ꝛc. Beda. Matthe⁹ dicit: filij dauid
fi. abra. Marc⁹ dicit filij dei. vt paulatiꝫ
a minoribus ad maiora surgam⁹. Et mat
theus qui humanã generationeꝫ scribit
ꝯuenienter eũ filiũ hominis dixit. Mar
cus autẽ qui suũ librũ ab initio euãgeli/
ce ꝑdicationis inchoat: ꝯuenienter eum
filiũ dei appellat. Euãgeliũ eĩ soli⁹ dei ẽ.
Ubi notandum ꝙ euãgeliste vno spiritu
scripserũt sed diuersũ sibi scribẽdi ꝛ initi
um et finẽ statuerũt. Matthe⁹ a natiuita
te incipit: in resurrectiõe finit. Marc⁹ ab
initio ꝑdicatiõis christi vsqꝫ ad ascensio
nẽ ꝛ discipꝉoꝝ ꝑdicationeꝫ ꝑuẽit Lucas
a natiuitate Johannis vsqꝫ ad ascẽsiõeꝫ
dñi cũ discipuli in hierusalem expectant
aduentũ. s. s. Johãnes ab eternitate ver
bi dei inchoat: in resurrectione dñi con/
summat. d Sicut scriptũ ꝛc. Marc⁹
ꝓphetarũ testimonia premittit: quibus
hec vetera ꝛ non noua: sed a ꝓphetis ꝑ/
scita ꝛ predicta asserit. Jn quo ꝛ iudeos
qui legem ꝛ ꝓphetas susceperãt ad euã/
geliũ inuitat: et gẽtiles q̃ euãgeliũ tene/
bãt ad venerationẽ leg̃ et ꝓphaꝝ ꝓuo/
cat: ne qs iuꝫ hereticos alteꝝ sine altero
suscipiat. e Ecce mit. an. Bed. Angel⁹
dr iohes ñ societate nature: vt mẽtit Ori
genes. Sꝫ officij dignitate: sic et sacerdo
Mala. 2. b tes. d q̃b⁹ dr: Labia sacerdot̃ custodiũt.
s. et legẽ exquirũt ex ore eius. qꝛ angelus
dñi exercituũ. Beda. Nota ꝙ h testi/
Jbi. 3. a moniũ. Ecce ego mitto ange. meũ ꝛc. malachie est: vtrunqꝫ tñ di/
cit Esaie eẽ: qꝛ ꝛ si nõ verba: sensus tñ inuenit in Esaia: ꝛ manife
stius in hoc versu. Uox clamãtis in deserto. Angelus enĩ q̃ mit/
tit añ faciẽ d. est. vox clamãtis in deserto: ꝑparat aũt viã dicẽs:
Parate viã do. ꝛc. Potuit aũt x malachia Esaie nomẽ diuinit⁹
occurrere: nec voluit marcus emẽdare: qꝛ omnes ꝓphete vno spi
ritu locuti sunt quasi vno ore. f Clamantis. Jsid. Ad iudeos
surdos ꝓpter peccata longe positos indignationis clamore di/
gnos. g Jn deserto. Jsido. Jn deserto fit vox ꝛ clamor: quia
deserta domus iudea vacans scopata sine spiritu dei: ꝓpheta: re
ge: sacerdote. Unde iesus ꝛ iohannes querunt quod in deserto
amissum est. Ubi vicit diabolus ibi vincitur: vbi cecidit hõ ibi re
surgit. h Parate. Jsid. Penitentiã agite ꝛ ꝑdicate. Uñ pa
rascene ante sabbatum dicitur prima penitentia ante requiem.
Mat. 3. a Hinc et initium predicationis iohannis et christi: Penitentiã a.
Gen. 2. a a. e. r. c. quia in die septima requieuit deus ab omnibus operib⁹
suis. Necesse est enim nobis septem vitia tanqꝫ septem gentes de
lere per penitentiam: vt possideamus quieti terraꝫ desiderabilẽ.
i Uiam domini. Hiero. Uia domini qua ad omnes ingreditur
penitentia est per quam ad nos deus descendit: et nos ad illum
ascendimus. Unde angeli ascendentes descendentesqꝫ memorã/
tur sup filiũ homĩs. k Rectas fa. Jsid. Precipit vt regia via
eũtes: ꝓxios diligam⁹ vt nos: ꝛ nos vt ꝓxios. Qui se diligit et
nõ ꝓximũ: ad dexterã declinat. Qui ꝓximũ nõ se ad sinistram.
Multi bñ agũt ꝛ ñ corrigũt: vt heli. Alij corrigũt sꝫ nõ bñ agũt:
vt scribe ꝛ pharisei q̃ sedebãt sup cathedrã moysi. Hic os turtur̃
ad ascellas in lege retorq̃ri iubet: vt nõ separetur os ab ope: nec
opus ab ore. Semite post viam: qꝛ mãdata moralia post peni
tentiã ꝑm marcũ vl̃ mattheũ explanant: parat via ꝑ fidem ꝛ ba
ptismũ ꝛ penitentiã. Recte semite per austera indicia vest̃: ꝯo/
ne: cibi: pot⁹: vocis humilime. vnde fuit iohã. ꝛc. l Johan/
nes. Jsid. Gratia dei: A gratia dei incipit. vñ sequit baptiçãs ꝑ
Mat. 10. a baptismũ pctã dimittunt. Uñ: Qd gratis accepistis grat̃ date.
Eph. 2. a Et Apl's: Grã saluati est̃. m Baptiçãs ꝛc. Baptismũ pnĩe de
dit: baptismũ ĩ remissionẽ pctõꝝ ꝑdicauit: tñ ñ dedit. Sic ꝑdica/
tiõe sua xpi ꝑdicatiõeꝫ ꝑcucurrit; sic baptismo pnĩe baptismũ re
missionis.

Qd ꝯsumat

## Incipit euãgeliũ ꝑm Marcũ.

a Initiũ euã/ Ca. I
ꝭ saluatoris. ꝭ vncti.
b c gelij iesu christi fi/
d lij dei sicut scriptũ
est in esaia ꝓphe/
ꝭ spũs ad patrẽ de filio ꝑ malachiã. vl̃ vox patr̃ ad filiũ d iohãne. ꝭ ãgel⁹ nũci⁹ q̃ nũciat de xpo: p⁹ me vẽit q̃ a. m. f. ꝭ iohãnẽ.
e ta †Ecce mitto ãngelũ meũ ante
ꝭ penitentiam.
faciẽ tuã: qui preparabit viã tuã
ꝭ ante filiũ: vl̃ añ penitentiã: aut incarnationẽ. ꝭ iohãnes de q̃ clamat dñs ad iudeos: Jnt̃ na tos muli. ñ sur. ma. io. ba. ꝛc. ꝭ ad surdos obtũ rãtes aures voci. ꝭ xpi. ꝭ iudea.
f g ante te. Uox clamãtis in deser/
h i to: Parate viã dñi: rectas facite
ꝭ qs icuruast̃ declinãdo ad dexterã vl̃ ad sini.
k l semitas ei⁹. Fuit iohãnes in de/
a ꝭ He. Ut ita baptismũ pnĩe q̃ pctã soluũt suo baptismate q̃ pctã solui nõ posset ꝑcurreret.
m serto baptiçãs ꝛ predicãns ba/
ptismũ penitẽtie: in remissioneꝫ
ꝭ ideo.
peccatoꝝ. †Et egrediebat ad illũ

a Incipit postilla euãgelij ꝑm Marcũ. Ca. I
Initiũ euãgelij ꝛc. Euangeliũ ꝑm Marcũ ĩ du
as partes diuiditur: scilicet in prologum ꝛ tra
ctatum. secunda ibi: Fuit in deserto iohãnes.
Sicut patet ex predictis marcus breuitati stu/
duit in scribendo: ꝛ ego similiter in
tendo breuitati studere ipm expo/
nẽdo ea q̃ repetit dicta in mattheo
omittendo: ꝛ ad expositionẽ ibi po
sitã remittẽdo: maxime vbi esset im
morandũ. dicit ergo: Initiũ euãge
lij. Euangeliũ idẽ est ꝙ bona annũ
ciatio: qꝛ ibi annũciat ĩenarrabile
bonũ qd ab antiq̃s patrib⁹ fuit sũ/
me desideratum: ꝑm qd dicit salua
tor Luc. x. Multi ꝓphete ꝛ reges
voluerunt videre que vos videtis
ꝛ non viderunt: ꝛ audire que vos
auditis ꝛ non audierũt. b Je/
su. i. saluatoris. c Christi. i. vn/
cti: qꝛ est rex ꝛ sacerdos quibus in
lege debebatur vnctio. d Filij
dei. Mattheus aũt in principio sui
euangelij dic: Filij dauid filij abra
am: qꝛ ei⁹ genealogiã ꝑm humanã
naturã enarrare volebat: vt patet ĩ
posuit: erexitq̃ȝ humiliantes se sub potẽti manu ei⁹: dãs illis
virtutẽ calcandi suꝑ serpẽtes ⁊ scorpiõeȝ omnẽq̃ȝ potestatem
inimici. o† Esurientes ĩpleuit bonis ⁊c. Glosa. Qui eter
na toto studio quasi esuriẽtes desiderãt saturabũt̃ cũ christ⁹
apparuerit in gloria: sed qui terrenis gaudẽt in fine toti⁹ be/
atitudinis inanes dimittent̃. q† Suscepit isra. pue. s. ⁊c.
Beda. Pueꝝ suũ obedientẽ. s. ⁊ humilẽ. nã q̃ cõtẽnit hũilia/
ri nõ poterit saluari. s† Sicut locut⁹ ẽ ad patres nostros
abraã ⁊ semini ei⁹. Beda. Semini ei⁹ dicit nõ tã carne ꝓgeni
tis q̃ȝ fidei eius vestigia secutis quib⁹ aduent⁹ saluatoris in
secula est ꝓmissus. t† Mãsit aũt maria cũ illa ⁊c. Mo
raliter aũt maria dici potest quelibet ꝑsona sibi deuota: sicut
⁊ diligẽs deũ deus dicit̃ s̃m Augu. Dicit enĩ sic: Si terrã dili
gis terra es. si aurũ diligis auꝝ es: ⁊ si diligis deũ de⁹ es. s.
ꝑ charitatis vnionẽ. Hec igit̃ maria exurgens ascendit ĩ mõ
tana. exurgit accidie teporẽ excutiẽdo. ascẽdit in mõtana di/
uina meditando. in ciuitatẽ iude cõfessionẽ diuine laudis ex/
ercendo. intrat domũ çacharie ecclesiã deuote frequẽtãdo. et
salutat heliçabet. i. mariã ad quã habet specialẽ deuotioneȝ.
Heliçabet enĩ interp̃tat̃ dei abscõsio. ⁊ hoc cõpetit marie in q̃
deus nouẽ mẽsib⁹ fuit abscõdit⁹. Esa. xl. Vere tu es deus ab/
scondit⁹ saluator israel. Et ab heliçabet. i. maria resalutat̃: q2
sui memoꝝ nequaq̃ȝ immemor existit ⁊ manet cũ tali ꝑsona si
bi deuota trib⁹ mensib⁹. i. tribus tẽporibus. s. iuuẽtute: sene/
ctute ⁊ medio tꝑe. b† Heliçabet aũt impletũ est tp̃s pa/
riendi. Beda. Allegorice aũt iohannis celebrata natiuitas.
gratia noui testamẽti est inchoata sublimitas: cui vicini ⁊ co
gnati patris nomen magis q̃ȝ iohannis imponere volebant.
q2 iudei q̃ ei legis obseruatione quasi affinitate iũcti erãt. ma
gis iusticiã que ex lege est sectari q̃ȝ fidei gratiã suscipe cupie/
bant: sed iohãnis hoc est gratie dei vocabulũ mater verbis ⁊
pater litter̃ ꝓnunciare satagunt: q2 ⁊ lex ipsa psalmiq̃ȝ ac ꝓ/
phete aptis sententiaꝝ vocib⁹ gratiã christi p̃dicant. r† Et
factus est timor suꝑ omnes vicinos eoruȝ ⁊c. Grego. Mystice
aũt tꝑe dñice resurrectiõis p̃dicata gratia christi: salubris ti/
mor nõ solã iudeoꝝ qui erãt vicini vel situ loci vl' sciẽtia leg̃:
sed etiã exterarũ gentiũ corda cõcussit: nec tm̃ mõtana iudee
sed oĩa mũdani regni: mũdaneq̃ȝ sapiẽtie culmina xp̃i fama
trãscẽdit. y† Et çacharias pater ei⁹ ĩplet⁹ est spũsan. ⁊c.
ꝑ çachariã sacerdotẽ designat̃ bon⁹ episcop⁹ q̃ spũsancto de/
bet esse plenus ⁊ pater spũalis. Job. j. Homĩs gratiosi coraȝ
deo ⁊ hominib⁹ bonis. debet etiã deũ de suis bñficijs collau/
dare. ideo subdit̃ d. z† Benedict⁹ dñs deus. i. omniũ fi/
deliũ. c† Quia visitauit. in sua natiuitate in qua visita/
uit nos oriens ex alto. vt dicit̃ infra: d† Et fecit redem/
ptionẽ plebis sue. in sua passione. a† Et erexit nobis cor/
nu salutis. in sua resurrectione ⁊ ascẽsione. b† In domo
dauid. q2 de illa domo natus fuit. c† Sicut locut⁹ ẽ ⁊c.
Act. x. Huic oẽs ꝓphete testimoniũ ꝑhibẽt. d† Salutem
ex inimicis nr̃is. s. demonibus et tyrannis. e† Ad faciẽ/
dã misericordiã cũ patrib⁹ nostris. in limbo prius detentis.
f† Et memorari testamenti sui. ⁊ quid sit illud testamentuȝ
subditur: g† Jusiurandũ q̃d iurauit ad abraã patrẽ no/
strũ. Geñ. xxij. Benedicent̃ in semĩe tuo oẽs gẽtes terre. Q̃d
impletũ est in xp̃o. i† Ut sine timore ⁊c. s. seruili.
† Seruiam⁹ illi in sanctitate ⁊c. q2 ipse est sanctussanctorũ.
k† Et tu puer ꝓpheta ⁊c. Grego. Quisq̃s aũt p̃dicãdo a sor
dibus vitioꝝ audientiũ corda mundat. domini venientis ad
cor viã preparat: ⁊ sic patet ꝙ per iohannẽ p̃dicator euãgelij
designatur

designat. o† Ad dandā scientiā salutis. ⁊ nō curiositatis.
† In remissionē peccatoꝝ.ꝗ fit ꝑ dn̄m opantē: ⁊ ꝑ ꝑdicatorē
disponētē.iō subdit: p† Per viscera misericordie dei no. ī
quib⁹ visitauit nos ⁊c̄. in sua natiuitate: vt dictū est: ⁊ adhuc
quotidie visitat illustratiōe sue grē.iō subdit: r† Illumiā
re his ꝗ in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedēt.i.in culpa morta/
li: ꝗ est vmbra pene inferni. † Ad dirigēdos pedes nr̄os
in viā pacis.s.interne: fraterne ⁊ supne in qua dirigunt libe/
rati a peccato mortali ꝑ donū gratie diuine. t† Puer autē
crescebat ⁊c̄. Be. Predicator penitētie futur⁹: vt liberi⁹ audi
tores suos a mūdi illecebris erudiēdo sustollat in desertis pri/
meuā trāsiuit vitā.

Luce.in.ca.j.vbi dicit in postilla. Ideo saluo meliori iudi/
cio videtur meli⁹ dicēdū eū fuisse simplicē sacerdotē.

**Additio.j.** Sētētia Ambro. ⁊ Bede videt ꝓbabili
or: nō obstantib⁹ his ꝗ ꝑ postillatorē ob
ijciunt. Ex his eni ꝗ ab euāgelista tradunt in h̄ loco sat⁹ ostē/
ditur çachariā fuisse summū sacerdotē. Ad cui⁹ euidētiā scien
dū ꝙ incensū de quo euāgelista hic facit mētionē: nō debet in
telligi de cōmuni incēso: qꝺ in ꝗlibet die bis ꝯcremabat in al/
tari incensi: vt habet Exo.xxx. qꝺ ꝗdē incēsū etiā ꝑ simplicem
sacerdotē administrabat: sꝫ intelligēdū est de incenso illo qꝺ
semel in anno.s.ī festo expiatiōis tm̄ ꝑ sūmū sacerdotē sctāsā/
ctoꝝ administrabat: qꝺ ꝗdē incēsū licet esset eiusdē speciei cuꝫ
alio cōi: tn̄ ꝗtū ad ei⁹ administrationē in tēplo a cōi incēso dif
ferebat in multis: ⁊ specialit in tribus. Primo. s. in hoc ꝙ qn̄
summ⁹ sacerdos in ꝑdicta die illud incensū ministrabat nulli
erat licitū esse in tabernaculo: donec sūm⁹ sacerdos inde egre
deret: vt habet expresse Leuit.xvij. vbi tractās quō sūm⁹ sa/
cerdos intrare deberet in sctā: ⁊ exponere sup ignē aromata: ⁊
aspergere sanguinē. ⁊ hmōi subdit: Null⁹ hoīm sit in taberna/
culo qn̄ pōtifex ingredit sctūariū ⁊c̄. donec egrediat: qꝺ de a/
lio incēso quotidiano minime legit. Et ideo euangelista notā
ter dixit ꝙ oīs multitudo ppl̄i erat orās foris hora īcēsi. In ꝗ
ostendit ꝙ hora istius incensi: oīs multitudo debebat esse fo/
ris.s.extra tabernaculū seu templū: qꝺ ptinebat in īcenso diei
expiationis tm̄. Scꝺo qꝛ in incēso isti⁹ festiuitat⁹ erat singula/
re ꝙ nullus administraret rite nisi cū igne ab altari holocau/
sti accepto: alioqn pōtifex erat re⁹ morte tempali: ꝓut de filijs
aaron: nadab ⁊ abiu: Leuit.x.legit: ⁊ inde est ꝙ Leuit.ca.ꝑ/
allegato: vbi de solēnitate festi expiatiōis agit ꝑmittit ibidē:
Locut⁹ est dn̄s ad moysen post mortē duoꝝ filioꝝ aarō: quan
do offerētes ignē alienū interfecti sūt ⁊c̄. q.d. cōminatorie ꝙ il
la ꝗ ibi ꝑcipiebat oportebat seruari ne ꝯtingeret ipsi aaro sic̄ ⁊
filijs suis supradictis in administratiōe incensi. ⁊ infra decla/
rans ꝙ istud periculū specialit erat referendū ad officiū ꝓpri/
um incensi illi⁹ festi subiūgit: Assūptoqꝫ thuribulo qꝺ de pru/
nis altaris impleuerat: ⁊ hauriēs manu thymiama in incensū
⁊c̄. vapor opiat oraculū qꝺ est sup testimoniū.i.sup arcā: ⁊ nō
moriatur. Ex quo patet ꝙ summ⁹ sacerdos in officio hui⁹ in/
censi in die expiatiōis erat maxime astrictus ad cerimonialia
eius rite celebrāda sub pena subite mort⁹ tpal⁹: sicut de nadab
⁊ abiu. Et iō hora in qua istud incēsū administrabat ppl̄s at/
tēte aspiciebat orādo deū ꝓ summo sacerdote ne piclitaret ī il/
lo officio: vt⁊ ipsi cū eis expiarent. vn̄ notant dicit euāgelista:
Et omnis multitudo ppl̄i erat orās foris hora incensi. Nō em̄
in ceteris diebus qn̄ bis in die incensū cōcremabat ꝑ simplicē
sacerdotē. credendū est ꝙ omnis multitudo ppl̄i ꝯuenisset ad
orandū: esset eni valde onerosum. Similit notant dicit euāge
lista: hora incēsi. nō faciēs mētionē de immolatiōib⁹ ⁊ distilla/
tionib⁹ ⁊ ceteris officijs in illo celebrādis ꝓpter rōnē ꝑdictā:
qꝛ in illo officio incensi ꝑcipue cōsistebat ꝑdictū piculū sacer/
dotale. hoc ideꝫ patet ex eo qꝺ dicit infra eo.ca. Et erat plebs
spectās çachariā ⁊ mirabant ꝙ tardaret. Nō eni verisil̄e vi/
det ꝙ plebs spectasset simplicē sacerdotē in officio incensi ꝗti/
diani: qꝺ bis qualibet die admīstrabat. Tertio qꝛ sicut dicit
postillator: hoc incensū.s.festi expiatiōis nō exponebat ꝑ mo/
dū oblatiōis seu ad adolendū sicut quotidianū: sꝫ solū vt ne/
bula cōsurgēs operiret oraculuꝫ: vt patet Leuit.ca.al⁹. quod
denotat euangelista. cū dicit: Ut incēsū poneret. nō eni dixit:
incensū offerret. sicut. ꝰ.eo.ca. Sacerdotes dei incēsū offerrēt.
nec etiā dixit: Ut adoleret: sicut Exo.xxx. loquēs de quotidia
no incenso dicit: Et adolebit incensuꝫ sup eo: aaron suaue fla/
grans ⁊c̄. sꝫ tm̄ dixit: vt incensū poneret: vt denotaret ꝙ h̄ in/
cēsū nō administrabat ꝑ modū oblatiōis seu ad adolendū: sꝫ
tm̄ ponebat rōne ꝑdicta. Itē notant dixit euāgelista vt incen
sū poneret ingressus in tēplū dn̄i ⁊c̄. in quo ostenditur ꝙ posi/
tio hui⁹ incensi erat sibi debita ex ingressu templi dn̄i: nō rōne
ꝯsūptiōis
cōsūptiōis sacrificij: sed ad tuitionē sacerdotis sanguinem in
tra sanctūsctōꝝ aspgētis hoc incēsū ponebat: qꝺ est singula/
re in summo sacerdote ⁊ in festo expiatiōis: vt dictū est. Ex ꝗ/
bus māifeste patet ꝙ officiū hui⁹ incēsi de ꝗ euāgelista loqui
tur ptinebat tm̄ ad summū sacerdotē: ad quē solū officiū festi
expiatiōis ptinebat: vt Leuit.ca.allegato. Itē patet ꝑ h̄ qꝺ
habet eodē ca. vbi sic: Et factū est vt ipleti sūt dies officij ei⁹
abijt in domū suā. Singl̄are eni erat in summis sacerdotib⁹:
vt ꝑ septē dies ante festū expiationis separarent a ꝓprijs do/
mibus: ⁊ habitarēt in certis cenaculis tēpli: vt deo deuotius
mācipārent: vt habet expresse in Thalmud in libro ꝗ intitu/
lat: Ioraa.i.dies expiatiōis.s.vbi tractat ꝑncipalit de h̄ fe/
sto: que quidē separatio ꝭm eos habet fundamentū Leuit.x/
xj. vbi de sūmo sacerdote ad l̄ram tractās dicit: Et nō egredi
atur de sāctis. vbi hebraica veritas habet: De sctūario: qꝺ ī/
telligit de tpe celebratiōis hui⁹ festi. De ceteris aūt sacerdo/
tibus non legit sil̄e: ⁊ sic manifeste patet ꝙ çacharias erat sū/
mus sacerdos: eo ꝙ incēsū ponebat in festo expiatiōis: ꝗ po/
sitio soli sūmo sacerdoti ptinebat: ⁊ sic sētētia sctōꝝ.s. Ambro
sij ⁊ Bede sūt valide: cui ꝯcordat magister historiarū: ⁊ null⁹
sanctoꝝ doctoꝝ oppositū asserere videt. Itē ⁊ in ecclesijs hu/
ius regiōis in officio matutinali natiuitatis beati Iohannis
baptiste expresse legit ꝙ hec positio incensi fuit in die expiati/
onis. Est etiā maxime cōsonū ratiōi ꝙ cōceptio ꝑcursoris xp̄i
ꝗ ad dandā sciētiā salutis plebi in remissionē pctōꝝ venerat:
in die exceptiōis ꝗ in memoriā remissionis pcti vituli ageba/
tur fuisset ānūciat⁹. ⁊ ꝯūr ꝯceptio xp̄i die īmolatiōis agni pa
scalis: qn̄ etiā xp̄s passus est annunciata fuisset. Cum enim
annūciatio ꝑcursoris fuit in die expiatiōis.s.x.luna mēsis se/
ptimi: cuius conceptio fuit ꝑ aliꝗs paucos dies post qn̄.s.ça/
charias reuersus fuit ad domū suā: sequit ꝙ sext⁹ mēsis a di
cta cōceptiōe finiret in.xiiij.luna ꝑmi mēsis fere qn̄ agn⁹ im/
molabat. Utrū eni hec.xiiij.luna cōcurrisset cū viij.kalēdas
Aprilis: ꝓut magister historiaꝝ dicit vl̄ nō: nō est multū cu/
randū. Nā cōputatio festiuitatū in lege antiqua solū respicie
bat menses lunares. Ad illud aūt qꝺ obijcit postillator de h̄
qꝺ nō fuit facta mētio ꝙ ingressus esset çacharias nisi ad im/
ponendū tm̄ incensū ⁊c̄. dicendū ꝙ qꝛ in administratiōe incē
si ꝑcipue cōsistebat. piculū sūmi sacerdotis in illo festo: ꝗ ra/
tione ⁊ multitudo ꝓpl̄i in illa hora specialiter orabat vt dictū
est. Idcirco de illo officio tm̄mōdo fecit mētionē. nō aūt de as/
persiōe sāguīs in ꝗ nō cōsistebat eodē mō piculū tale: licet ēt
credēdū ē ꝙ celebrasset aspsionē sanguis ⁊ fec̄ oīa alia ad hu
officiū ptinētia: ꝗ tn̄ euāgelista ꝑtermisit: nō curans tractare
nisi de incēso: in quo tpe ppl̄s orabat ⁊ angel⁹ apparuit. Ad
aliō qꝺ obijcit de hoc qꝺ dr: Apparuit ei angel⁹ stās a dextr⁹
altaris incensi ⁊c̄. dicendū ꝙ posito ꝙ illud altare nō sit intra
sctāsctōꝝ sed intra sctā tm̄: ex hoc nō sequit ꝙ çacharias non
ītrasset sctāsctōꝝ: sꝫ ꝙ angel⁹ apparuit ei intra sctā. Ad aliud
aūt qꝺ dicit ꝙ illud incensū.s.festi expiatiōis nō ponebat ad
offerendū: sed vt nebula cōsurgēs operiret oraculū ⁊c̄. dicen/
dū ꝙ hoc est verū sed magis facit cōtra eū: vt dictū est. Ad h̄
aūt qꝺ dicit vlteri⁹ ꝙ ꝑter illū ingressū qꝺ ptinebat ad sum/
mū sacerdotē tm̄ quotidie intrabāt sacerdotes miores ⁊c̄. di/
cendū ꝙ veꝝ est: sed çacharias intrauit vt sūm⁹ sacerdos ad
ponendū incensū: ptinēs ad diē expiatiōis vt iā dictū est. Ad
aliud quod dicit ꝙ videt esse fictitiū vt sūmus sacerdos eēt il
le in cuius hebdomada cadebat expiatiōis festū ⁊c̄. dicendū
ꝙ veꝝ est hoc nō esse auctēticū: sed veritas hui⁹ nō requirit
ad veritatē sn̄ie Ambrosij et Bede supradicte: sꝫ tm̄ requirit
ꝙ essent plures sacerdotes simul ⁊ nō vn⁹ tm̄: qꝺ etiā in tem/
plo ꝑmo posset cōcedi. Nā in illa ordinatiōe quā fecit dauid
de sacerdotib⁹: vt videt.j.Paral⁹.xxiiij. satis patet ꝙ sadoch
erat summ⁹ sacerdos int filios eleaçar. ⁊ achimelech int fili/
os ithamar. ⁊ sic erāt duo summi sacerdotes ⁊ pōtifices: licꝫ
postillator videt dissentire huic. Sed ꝗcꝗd sit de templo ꝑmo
saltē in tēplo scꝺo: ꝑsertim versus finē manifeste patet ꝙ erāt
plures summi sacerdotes simul. Nam in passiōe xp̄i: Marc.
ca.xiiij dr ꝙ illi ꝗ venerāt ad capiendū xp̄m fuerāt missi a sū/
mis sacerdotibus: ⁊ sic patet ꝙ simul cōcurrebant plures sa/
cerdotes in vnū: quoꝝ quilibet poterat celebrare in festo ex/
piationis. Sed ad eligendū quis eoꝝ ministraret ꝓuidebat
ꝑ sortē: qꝛ forte ꝗlibet retrahebat se a celebratiōe illius diei ti
more periculi supradicti. vn̄ euāgelista dicit: Sorte exijt vt in
censū poneret. Nō eni dixit vt sacrificaret vl̄ hmōi: licet essēt
ꝑncipalia in illo officio: sed positionē incensi cōmemorat: vt ī/
nueret piculū quo ab officio retrahebāt. posset etiā illō ver/
bū sorte exijt. vt ꝗdā dicūt referri ad primā electionē çacha/

t 2 rie in pon

rie in pontificatū que forte ꝑ sortē fuerat ⁊c.

In eo. ca. vbi dicit in postil. q̄ꝛ fuit ꝯcept⁹ in septēbri mēse.

**Additio. ij.** Ut dictū est ꝑcedēti additiōe: ꝑcursor cōcept⁹ fuit circa mediū mēsis septimi: ⁊ ꝑ ꝯsequēs saluator circa mediū mēsis ꝑmi: loquēdo de mensibus lunarib⁹: quibus tunc festa regulabant.

In eodē ca. vbi d̄r in postil. Licet ei ioseph nō fue. sal. pat.

**Additio. iij.** De hac materia fuit large tractatū supra ī additiōe Mat. j. vbi agit de genealogia xp̄i. vide ibi.

In eo. ca. vbi d̄r in postil. Mulieres benedicent in te.

**Additio. iiij.** Melius videt dici ꝫm Grego. ī glo. vbi sic: Utriꝙ ī vtrisꝙ b̄ndicit. velut enī ꝑ vnū ⁊ vnā feminā ⁊ matrē peccatuꝫ simul ⁊ tristicia: sic ⁊ nūc ꝑ vnā ⁊ vnū b̄ndictio reuocata est: ⁊ leticia ad singulos ē ꝓfusa.

In eo. ca. vbi d̄r ī postil. Qm̄ vir nō cogno.

**Additio. v.** Licet enī q̄ nr̄i doctores tradūt de ꝓposito beate virginis circa virginitatē similit ⁊ de ei⁹ voto sint tenēda tanq̄ vera. verba tn̄ beate virginis dicentis: Qm̄ virū nō cognosco. nō vident hoc dicere: nec ex eisdē verbis videt hoc sequi. possibile enī est q aliqua virgo nō cognoscat virū cōiter loquēdo seu intelligēdo de viri cognitiōe: que tn̄ nō habeat ꝓpositū nec votū virginitatis. Sed ꝑdicta virginis verba ꝑamplius vident enucliāda. Ad qđ sciendū q ꝫm Aug'. in libro de morib⁹ eccl'ie: ⁊ etiā āti[q]os philosophos virtutes mltiplicit ꝯsiderāt: Uno. s. mō ꝓut sūt exēplares: et sic ꝑtinēt ad deū in q̄ ꝑexistūt oīm rex rōes. Alio modo ꝓut sunt politice. ⁊ sic ꝑtinēt ad hominē inq̄tū recte se habet in rebus humanis gerēdis. de quib⁹ virtutib⁹. s. politicis ph̄i cōiter tractāt: inter quas virtutes. s. politicas ⁊ exemplares: quedā medie interponunt. s. virtutes purgatorie: que pertinēt ad illos qui virtutes politicas trāscēdētes in diuinā similitudinē conant tēdere. Sūt etiā sup hoc virtutes purgati animi: que dicunt virtutes iā q̄dāmodo assequētiū diuinaꝫ similitudinē q̄tū in hac vita possibile est: q̄ a ph̄o in. vij. Ethi. virtutes heroyce dicunt. i. diuine: ꝫm quā ꝯsiderationē dicūt q tēperātia purgati animi attingit: cū iā q̄s tm̄ assequit diuinā similitudinē vt terrenas cupiditates nesciat. ⁊ ꝫm hūc modū virginitas videt attribuenda beate virgini: sic. s. vt terrenas cupiditates cōcupiscētis nedū nō habeat seu ꝓponat vel voueat nō habere: sed etiā vt eas penitus nesciat: qđ est alti⁹ ⁊ ꝑfecti⁹ q̄ꝫ virginitatis ꝓpositū habere seu vouere. ⁊ hāc sētētiā ꝓprie sonāt ipsi⁹ verba. cū dicit: Vir nō cognosco. q̄ ꝓprie ꝑtinet ad virginitatē purgati animi. s. heroycā: q̄ quidē distinctio virtutū quadriꝑtita tractat ad plenū in ꝑma sc̄de. q. lxj. arti. v. in corpore questionis.

In eo. ca. j. vbi d̄r ī pos. Uerūtn̄ q̄ꝛ istđ exēplū n̄ ē vsq̄q̄ꝙ.

**Additio. vj.** Hoc exēplū ē sat' ꝑfectū īterrogatiōis virgis marie: ipa ei vt dictū ē nō q̄rebat ð facto: sꝫ de mō fiēdi. s. vtrū ordie naturali ꝯceptura erat vel suꝑnaturali. ⁊ iō cū angelus ei inducit exemplū de cōceptione sterilis q̄ est suꝑnaturalis sufficienter erat virgo edocta ð modo fiendi qđ erat. s. miraculosū ꝑ omnipotētiā diuinā. ⁊ iō subdit: q̄ꝛ nō est īpossibile ⁊c.

In eo. ca. vbi d̄r in postil. Sꝫ postea cū assensit tūc cōce. ⁊c.

**Additio. vij.** Uidetur postillator sentire q conceptio filij dei fuit facta statim cū beata virgo dixit: Fiat mihi ꝫm verbū tuū. ⁊ nō antea. ⁊ est vera ⁊ cōis opinio doctoꝝ. vn̄ mgr̄ in. iij. di. iij. dic̄: Post ꝯcessū seu ꝯsensū virgis sc̄tē: spūssc̄tūs ꝑuēit in ipam ꝫm verbū dn̄i. ⁊ infra: potētiā dei vbi receptiuā ꝑparās sil' aūt ⁊ generatiuā. Similit sc̄tūs Tho. in. iij. ꝑte. q. xxx. arti. j. in corꝑe. q. int alias rōnes quas assignat q̄re fuit ꝯueniēs virginē āñūciari ꝑ angelū. Una est vt ostēderet esse q̄ddā spūale matrimoniū inter filiū dei ⁊ humanā naturā. vn̄ ꝑ annūciationē spectabat ꝯsensus virginis quē exp̄ssit dicēdo: Ecce ancilla do. ⁊c. q̄ req̄rebatur ad illud spūale matrimoniū. s. īcarnatiōis int filiū dei ⁊ humanā naturā. Bern. etiā sup missus est. Home. iiij. ostēdēs q consensus vginis req̄rebat ex diuia ordīatiōe ad incarnationē. verbi diuini q̄si alloquēs virginē in ꝑsona hūani gener' sic ait: Statim liberabimur si ꝯsentis: ⁊ infra eā alloquēs dicit: Rn̄de itaꝙ citi⁹ angelo: imo ꝑ angelū dn̄o rn̄de. vbū ꝓfer tuum ⁊ ꝯcipe diuinū: Emitte trāsitoriū: ⁊ āplectere sēpiternū. Ex q̄ patet q ex mēte Bernardi est q dum beata virgo ꝓtulit vbū suū: vl' saltē in vltimo instanti ꝓlatiōis concepit verbū eternuꝫ. Sꝫ fuerūt q̄dā ab hui⁹ vitate deuiātes q̄ videntur asseruisse q incarnatio vbi diuini ꝑcessit salutationē euāgelicā. Vn̄ in q̄busdā ecclesijs etiā cathedralib⁹ ⁊ alijs nō modice auctoritatis in quadā lectiōe de āñūciatiōe virginis hec vba cōtinent: Missus fuit gabriel ad virginē ⁊ anteq̄ ad virginem ꝑuenisset inuenit deū virgineis illapsū viscerib⁹: ⁊ diuinā maiestatē virginalis vētris breuitate ꝯclusā. ⁊. j. post pauca subdit: Deniꝙ ⁊ archangel⁹ nō ait: Aue gr̄a replēda ꝫ plēa: nec vēiet in te: sed dn̄s tecū. Hec in ꝑcedēti lectiōe. q̄ q̄dē assertio veritati euāgelice māifeste repugnat. Testat ei euāgelista angelū post salutationē vgini dixisse: Ecce ꝯcipies in vtero. ex quo patet q ꝯceptio xp̄i in vtero etiā post salutationē fuit futura: nō q̄ aū ꝑdictā salutationē ī vtero ꝯcepit cū tal' ꝯceptio n̄ fuit nisi semel. Legit ēt. j. Lu. ij. ð xp̄o: q vocatū ē nomē ei⁹ ies⁹ qđ vocatū ē ab āgelo priusq̄ ī vt̄o ꝯciperet. Ex q̄ ptꝫ māifeste q q̄n āgel⁹ dixit beate virgini: Uocabis nomē eius iesū. nōdum cōcept⁹ erat in vtero xp̄s: sed ꝯstat q salutatio ꝑcessit predictā vocatiōnē: ergo q̄n virgo fuit salutata nōdū ꝯcept⁹ erat xp̄s ī vtero: qđ māifeste euacuat ꝑdictā assertionē. Probationes aūt quas ꝑdicta lectio inducit nihil faciūt ad ꝓpositū suū ostendēdū: q̄ꝛ cū dicit: Gratia plena. intelligit de gratia iustificatiōis seu sc̄tificatiōis q̄ sꝑ fuit in virgine. sil'r cū dicit. Dn̄s tecū. s. cū ꝫ ꝯstat q erat replēdo ꝑ ꝯceptionē vbi incarnati. ⁊ iō angel⁹ ad eā post salutationē querentē quō fiet istđ ait: Spūssc̄tūs suꝑueniet in te. qđ sonat de futuro. sil'r: Et virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. qđ sil'r de futuro sonat. vn̄ si in dictis antiquoꝝ doctoꝝ inueniant verba q̄ ꝑma facie sonant q deus erat cū beata virgine aū missionē angeli seu aū salutationē: ⁊ hmōi intelligēda sūt ꝫm gratiā habitualē seu sāctificationē mētis virgis nō aūt ꝫm vbi diuini incarnationeꝫ. aliter enī ꝯdicerēt euāgelice veritati vt dictū est. quā quideꝫ lectionē tanq̄ erroneā et euāgelice veritati incōsonā inecclesia Bur. cui ad ꝑsens indign⁹ ⁊ īmerit⁹ diuina tn̄ ꝑmissiōe ꝑsum correxi. ⁊ ad ꝯformitatē euāgelice veritat' et sn̄ie sc̄toꝝ ⁊ doctorū sub verbis ad ꝫ ꝑtinētib⁹ reduxi: submittēs tn̄ me ⁊ q̄cūꙙ mea sacrosc̄tē sedis ap'lice determiationi ⁊ correctiōi ⁊ cuiuscūꙙ veri⁹ sentientis ⁊c.

In eo. ca. j. vbi dicit in postil. Quia licet ex oib⁹ fuerit disposita ad cōceptionē filij dei: specialit tn̄ ꝫ fuit ex hūilitate.

**Additio. viij.** Ratio quare virt⁹ hūilitat' magis fuit dispositiua ad cōceptioneꝫ q̄ꝫ alie virtutes. Be. declarat dicēs: Dicebat enī vt sicut ꝑ suꝑbiā ꝑme parētis mors īntrauit in mūdū: ita ꝑ hūilitatē marie vite ītroit⁹ pāderet. Et nota ꝫm Grego. suꝑ illđ: Beataꝫ me dicēt. nō aūt beatā se appellat inani vexata gloria: ꝫ sacro tacta spū q̄ futura sūt ꝓphetauit ⁊c.

In eo. ca. vbi d̄r ī pos. Alit ēt d̄r q negauit se eē ꝓphaꝫ tm̄.

**Additio. ix.** Alit etiā possꝫ dici q negauit se esse ꝓpham. s. illū de q̄ Deut. xviij. ca. legit: Prophetā suscitabo eis ⁊c. qđ intelligit ad l̄raꝫ de xp̄o. de q̄ ꝑncipalit q̄rebāt sacerdotes ⁊ leuite: vt Joh. j. pōt hēri.

**Replica.** In ꝑmo ca. euāgelij Luce postillator dicit quorūdā etiā sc̄toꝝ sn̄iam eē q çacharias pater Johānis fuerit summ⁹ sacerdos: cui sn̄ie adheret Bur. ꝯtra postillatorē q̄ tenet cōtrariū. ⁊ q̄uis hec vitas opinionū de sacerdotio çacharie nō videt multū facere ad sensū littere: q̄ꝛ siue çacharias posuerit incēsū vt sūm⁹ sacerdos: siue vt simplex: sufficit hora incēsi fuisse iohānē annūciatū per angelū: tn̄ verisil'e ē çachariā nō fuisse summū sacerdotē: maxime iō: q̄ꝛ tpe dominij grecoꝝ ⁊ romanoꝝ suꝑ iudeos: sūmū sacerdotiū vēdebat. iō dicit Joseph⁹ cayphā sūmū sacerdotium emisse. nō aūt verisil'e q çacharias cū esset iust⁹ hmōi contract⁹ simoniacos fecerit vel approbauerit. Ea aūt que Bur. ꝓ ꝯfirmatione sui opiniōis narrat vident ficta: q̄ꝛ ex scriptura fundamentū nō habēt. primū qđ dicit q tpe incēsi in die expiatiōis tm̄ ppl's foris orabat: nō ꝓbat: q̄ꝛ poterāt singul' diebus tpe incēsi foras orare: nec sc̄dm̄ dictū Bur. fūdat in l̄ra per eū allegata: dicit ei q filij aaron fuerūt puniti ꝓpt excessū factū ꝑ eos in festo expiatiōis: nā ex l̄ra pōt haberi oppositū q peccatū illoꝝ nō fuit factū in die expiatiōis: q̄ꝛ ponere īcēsū illa die veri⁹ ꝑtinebat ad sūmū sacerdotē: q̄ꝛ sol⁹ illo die īntrauit ī sc̄tāsc̄toꝝ. filij aūt aarō nō fuerūt sūmi sacerdotes: sꝫ simplices: vt ptꝫ ex eoꝝ ꝯsecratione ⁊ vestitiōe: Leuit. viij. iō nihil ad eos de positiōe incēsi illi⁹ fuit: igit error eoꝝ quotidiana positione incensi ꝑ simplices sacerdotes fiendi: in q̄ q̄ꝛ ꝯtra ꝑceptū dn̄i fuerūt ebrij ⁊ vsi igne alieno ꝓhibito puniti sūt: vt colligit Leuit. x. nec illud periculū mortis cōminatū ē ipi aarō ⁊ filijs ei⁹ residuis ⁊ eoꝝ successorib⁹ ꝓ solo festo expiatiōis: sꝫ in omni ministerio qđ corā dn̄o facere debuerunt ideo d̄r ꝯn̄r vbi supra hoc est q locut⁹ est dn̄s: Sāctificator in his qui appropinquant mihi. i. qui in tabernaculo faciūt aliqđ officiū

q̄ officiū sacerdotale. ad obiurgādū aūt vitia punitoꝝ subditur cō̄n̄r: Uinū ⁊ omne q̄ inebriare pōt nō bibetis tu ⁊ filij tui q̄n̄ intrabitis tabernaculū testimonij: ne forte moriamini: subintelligit̄ sicut filij tui puniti sūt ob ebrietatē ⁊ ignē alienū. iō sequit̄: Ut habeatis scientiā discernēdi inter sanctū ⁊ ꝓphanū .s. ignē offerendū. Cōstat igit̄ illū ingressū tabernaculi nō solū fieri in die expiatiōis: nec scientiā discernēdi esse necessariā solū die illo. patet igit̄ ꝙ ea que Bur. ꝓ sua opiniōe adducit ex plana lr̄a nō habent̄: sed potius oppositū. Et ꝙ dicit Bur. plures simul fuisse sūmos sacerdotes nō habet̄ ex lr̄a ꝑ eū allegata: sꝫ potiꝰ oppositū: nec valet q̄ allegat ex euāgelio plures fuisse sūmos sacerdotes: q̄ꝛ ꝓut dictū ē hoc ꝓcessit ex auaricia romanoꝝ ⁊ iudeoꝝ ambitione q̄ emerūt sūmū sacerdotium a romanis: ⁊ romani vt ampliꝰ reciperent pluries ⁊ pluribus vēdiderūt: q̄ cōctꝰ in çacharia nō putat̄ verisimil̄.

In ca. eodē vbi ꝯceptionis virginis ponitur exemplū cōceptio sterilis nō vsq̄quaq̄ simile vt inq̄nit postil. Burgē. autē dicit ip̄m exemplū sufficere ad virginis īterrogationē: que nō de facto: sed de modo fiendi q̄siuit: hoc t̄n̄ nō videt̄ veꝝ: q̄ꝛ virgo prius de facto ⁊ de mō fuit sufficienter instructa q̄n̄ angelꝰ dixit: Spūssanctus supueniet in te ⁊c. Exemplū igit̄ non fuit positū ad docendū virginē de aliquo: nec virgo sūpsit exemplū illud ꝓ doctrina: sed ꝓ solatio: q̄ꝛ al̄s sequeret̄ ꝙ virgo visitās heliçabet iuisset ad ꝓbandū exēpli dati veritatē: q̄ falsū est ⁊ ꝯtra beatū Ambro. sup Lucā q̄ dicit virginē vitas se nō quasi incertā de nuncio: nec quasi dubitantē de exēplo: sed quasi letā ꝓ voto: religiosā ꝓ officio nec vt verbū angeli mulieris in attestatione probaret.

In eodē ca. vbi dicitur de Johanne: Tu puer ꝓpheta ⁊c. Postillator obijcit: quia iohānes dixit se nō esse ꝓphetā. i. ꝓcul fātē sicut antiquitꝰ: quia quod dixit digito mōstrauit. vel aliter negauit se prophetā t̄m̄: quia fuit plus q̄ ꝓpheta. Burgensis autē aliter soluit dicens ꝙ negauit se illū ꝓphetā: de quo dicit̄ Deut. xviij. q̄ ad lr̄am dē xp̄o exponit̄. Sed videtur ꝙ iuxta Burgen. solutionē nō satisfecisset querentibꝰ neq̄ questioni: quia cū prius dixisset: Nō sū ego xp̄s. de quo vt dicit Bur. exponitur illud Deut̄. allegatū de hoc nō quesieīt amplius: sed cū audirēt ꝙ nō esset xp̄s neq̄ helias: q̄sierunt quid ergo saltem ꝓpheta es tu? non igitur quesierunt de propheta ꝓmisso in Deut̄. ꝓut Bur. vult.

## Glo. ordi.

### Capitulum. II

a Exijt edictū a ce. augu. Beda. Augustus. xij. annis circa natiuitatē christi in pace regnauit: vt etiā ad lr̄am cōpletū videatur illud ꝓpheticū: Conflabūt gla. s. in v. ⁊ l. in f. nec leuabit g. c. g. gl. (Esaie. 2. a) Pacatissimo aūt tp̄e voluit xp̄s nasci: q̄ꝛ pacē magnopere q̄siuit ⁊ amauit: q̄ꝛ pac̄ amatores semp inuisit. Uoluit etiā vt discipuli quos ad predicandū missurus erat: q̄cunq̄ vellent secure trāsire possent: ⁊ ab imminentiū seditionū feruore tremenda romani nominis vmbra protegerentur.

Nasciturо domīo describit̄ mūdꝰ: q̄ꝛ ille apparebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate: in quo nomē augusti vere implet̄ qui suos augere sufficiens: censoribꝰ sue ꝓfessionis nō pecunie: sed fidei oblatione signare p̄cepit: q̄ꝛ dū ꝓfessio secularis obtēdit̄: spūalis īplet̄. Abolito aūt cēsu synagoge vetusto: nouus cēsus eccl̄ie parat̄ q̄ tormēta n̄ exigit sꝫ aufert: q̄ n̄ vno numismate: sꝫ vna signat̄ fide. Quietissimū ⁊ pacatissimū erat regnū q̄ꝛ vna descriptione totū mūdū cōclusit. Propterea cēsus datus est vt sciret rex numeꝝ hominū ⁊ magnitudinē. Hic p̄mū iudea facta est stipēdiaria romanis. b Uniuersus or. Be. Ambro. Multe gētes erāt q̄bꝰ nō īperabat augustꝰ. Sed his xbis regnū xp̄i exp̄mit̄: q̄ omnibꝰ erat imperaturꝰ: q̄s enī posset totiꝰ orbis ꝓfessionē exigere: nisi q̄ totiꝰ orbis habeat īperiū.

c Prima. Be. Jā diuersis tp̄ibꝰ plereq̄ ꝑtes terrarū leguntur descripte: sed hec est p̄ma eaꝝ q̄ totū orbē ꝯcluserūt: q̄ ꝓfessio est mentiū: q̄ꝛ nullꝰ excludit̄. Uel certe tūc primū cepit q̄n̄ cyrinꝰ a cesare ī syriā missus est: cēsor patrimonioꝝ futurꝰ. d Syrie. Syria in qua iudea est media: ⁊ quasi vmbilicus est totiꝰ terre. Cēsus q̄ p̄mū in medio terre exigit̄: vt inde postea vsq̄ ad fines terre exigeret̄ ⁊ redderet̄. e Cyrino. Ambro. Historico more scribēs vt seriē tp̄is designet: nomē p̄sidis tanq̄ cōsul̄: signi gratia huic libro ascribit. Nā si cōsules ascribunt̄ tabulis emptiōis: q̄tomagis redēptori omniū debuit tp̄s ascribi? Habemꝰ hic omnia q̄ in ꝯtractibꝰ esse solēt. Uocabulū sūmā potestatē gerent̄ diem. locū: causā: testes etiā q̄ adhiberi solēt. Hos q̄ꝫ natiuitati sue ⁊ generationi christus adhibuit: qui signarent euāgeliū. dicēs: (Act. 1. a) Uos eritis mihi testes in hierusalē. Be. Sic īperāte augusto: ⁊ p̄sidente cyrino: ibāt singuli in suā ciuitatē vt ꝓfiterent̄ cēsū: sic mō imperāte christo: ꝑ doctores eccl̄ie p̄sides ꝓfiteri debemꝰ censum iusticie. Subeamꝰ iugū q̄ leue est: veniamꝰ ad requiem animarū q̄ est patria nostra. Et sicut cesari soluebat̄ denariꝰ qui decē nūmos habebat: qui etiā nomīe cesaris intitulabat̄: sic offeramus regi nostro decalogū legis: in quo vultū nr̄i regis. i. agnitionē volūtatis eiꝰ inueniemꝰ. Quē denariū q̄si sacculo inclusū portamꝰ in via: cū in occulta ꝯsciētie meditatiōe seruamꝰ. Proferemus aūt cū regē in decore suo ꝯtuebimur: vel etiā ꝓferimus cū ea q̄ in tenebris discimꝰ in lumine dicimꝰ: ⁊ q̄ in aure audiuimus predicamus in tectis. f Naçareth. Be. Quotidie dn̄s ī naçareth cōcipitur: in bethleem nascit̄: cū aliq̄s flore verbi suscepto se domū eterni panis operādo efficit. Quasi ī aluo virgiali cōcipit̄

---

### Ca. II

(Quibus crescebat iohānes. vel q̄bꝰ maria ī domū reuersa ē pꝰ tres mēses q̄bꝰ cū helizabet māsit.)

Factum est autem in diebus illis: a exijt edictū a cesare augusto: vt b describeretur vniuersus orbis. (hec professio.) c Hec descriptio p̄ma facta est a p̄ (dominico.) d e side syrie cyrino. Et ibāt omnes (a vt nullus extra eccl̄iam censū deo reddat.) f vt profiterentur singuli in suam ciuitatē. Ascēdit aūt ⁊ ioseph a (vbi cōceptus est christus.) galilea de ciuitate naçareth ī iu

---

## Nico. de lyra

### Ca. II

A

Factū est aūt. De scripto ortu p̄cursoris: hic ꝯn̄r describit̄ saluator̄ ortꝰ. secūdo debitꝰ ritꝰ. ibi: Et postq̄ cōsūmati sūt. tertio pueri ꝓfectꝰ. ibi: Puer aūt crescebat. Circa ortuꝫ saluatoris primo d̄scribit̄ tp̄s. secūdo locꝰ. ibi: Et ibāt oēs. tertio virginis partus. ibi: Factū ē aūt. quarto angeloꝝ cantꝰ. ibi: Et pastores erāt. Circa p̄mū d̄r: b Exijt edictū a cesare augusto. Hic ostēdit̄ tēpus natiuitatis xp̄i: q̄ natus est anno. xlij. augusti cesaris q̄ noīatus fuerat augustus ab augēdo: q̄ꝛ notabiliter auxit imperiū romanū: et ꝓpter hoc in diebus suis alijs gentibus imperio romano subiect̄ fuit in orbe pax vniuersalis. ideo mandauit: c Ut describeretur vniūsus orbis. vt per hoc sciretur qualiter terre diuerse essent populate: ⁊ quanta tributa singule possent reddere: vt sic tributis indebitis nō grauarent̄: et sciret̄ per quē modū singule terre sub imperio romano melius regerentur. Ex hoc etiā patet ꝙ christus natꝰ fuit tempore maxime pacis: sicut fuerat p̄nūciatū a ꝓphetis. Ps. lxxj. Orietur in diebus eius iusticia ⁊ abundantia pacis. Itē Esa. ij. Non leuabit gens ꝯtra gentē gladiū. ⁊. ix. Uocabitur nomen eius admirabilis cōsiliariꝰ: deus fortis: pater futuri secl̄i: princeps pacis. d Hec descriptio prima. Dicitur aūt prima q̄tū ad generales descriptiones orbis: quia ante istā bene fuerunt alie descriptiones partiales sicut patet. ij. Reg. xxiiij. ⁊. j. Paral̄. xxj. de numeratiōe populi ⁊ descriptiōe quā fecit ioab de mādato dd̄. Dicit̄ etiaꝫ prima s̄m alios q̄tū ad alias ꝑtes eiusdē descriptiōis: q̄a syria est in medio terre habitabilis. ⁊ ideo ibi fuit inchoata ista descriptio: vt inde denūciaret̄ fieri in alijs ꝓuincijs circulariter. e A preside syrie cyrino. hūc enī cyrinū cesar augustus p̄fecerat syrie ad ipsam regēdā. f Et ibāt omnes vt ꝓfiterent̄ singuli in suā ciuitatē. Hic describitur natiuitas saluatoris q̄tū ad locū: quia ista descriptio precepta erat fieri in principalibus ciuitatibus: ⁊ ibi cōueniebant qui ibi habuerant originē: vt sic descriptio fieret non solum s̄m numerum personarū: sed etiā s̄m determinationem genealogiarū: vt sciretur numerus determinatus nobilium ⁊ ignobilium. ⁊ hoc est q̄ dicit̄: Et ibant omnes vt profiterentur singuli in ciuitatem suam. profitebantur autē dupliciter se esse subiectos romano īperio: scilicet scripto quia eorum nomina scribebātur de mandato imperator̄: et etiam facto: quia soluebant censum imperatori propter quod in numismate census erat imago imperatoris: vt habetur Matth. xxij. ca. g Ascendit autē ⁊ ioseph a galilea in qua manebat. h In iudeam ciuitatem dauid. Judeam hic accipitur adiectiue: quia bethleem est quedā ciuitas in regno iudee et vocatur ciuitas dauid: quia inde oriundus fuit: vt habetur. j. Reg. xvj.

concipit in corde credentis per fidem: generatur per baptismum. Quotidie dei genitrix ecclesia suum comitata doctorum de tota mundi in civitatem confessionis et laudis ascendens celum sue devotionis regi eterno persolvit. Que quasi alij desponsata: sed ab alio fecundatur: dum preposito sibi pontifici visibiliter iungitur: sed invisibili spiritus virtute cumulatur. Quam ioseph augmentum interpretatur: idcirco ipso nomine quod in stantia loquentem magistri nihil valet nisi augmentum superni iuvaminis ut audiatur acceperit.

a Factum est autem. Alibi concipi: alibi nasci dominus voluit: ut insidiantis herodis furorem facilius evaderet. Humilitas christi commendatur: quod non solum incarnari: sed etiam illo tempore nasci voluit: quo mox natus censui cesaris ascriptus nostre liberationem subderetur.

b Pannis eum involvit. Vilibus induitur pannis: ut stolam immortalitatis reciperemus. Manus et pedes stringuntur: ut manus nostre ad bene operandum: pedes in viam pacis dirigantur.

Parvulus factus: ut nos perfecti simus.

De conse. di. I. nocte

c Locus in diversorio. Diversorium est domus inter duos muros duas januas habens. Figurat ecclesiam inter paradisum et mundum.

Beda. In diversorio: ut in via nasceretur: quia ait: Ego sum via qua ad patriam veritatis et vite veniamus.

Job. 14. a

d Et pastores. Beda. Nato summo pastore: pastores ab insidijs noctis gentium greges more pecudum prius viventes vigilando defendunt: et aulam dei congregant. Quibus bene vigilantibus angelus apparet: et eos claritas circumfulget: quia pre ceteris sublimia videre merentur: qui fidelibus sollicite presunt: super quos divina gratia largius coruscat.

e Et ecce angelus. Beda. Et concipiendum et conceptum: et natum dominum celi cives testantur: ut mortales sufficienter ibuant: et suum auctori servitium impendant.

f Circumfulsit. Beda. i. ex omni parte illos fulsit: radios sui luminis aspersit: quod in tota veteris testamenti serie non invenitur. Consonat et quod ait: Nox precessit dies autem appropinquavit. Ergo abijciamus opera tenebrarum et induamus arma lucis.

Ro. 13. d

g Hodie. Cum nox esset non ait: hac nocte sed hodie: quia gaudium venerat nunciare. Ubi tristicia geruntur noctis mentio solet fieri. ut scandalum patiemini in me nocte ista.

Infante

---

Eo quod esset de domo et familia david. ut patet per genealogiam descriptam ca. I. et Mat. I. b Ut profiteretur cum maria sibi desponsata uxore pregnante. ipsa enim erat de eadem tribu cum ioseph et successerat in hereditate paterna: ideo ivit ad profitendum cum eo: licet esset partui propinqua. hoc etiam divina dispensatione factum est ut sic christus nasceretur in bethleem sicut erat predictum: Michee. V. Et tu bethleem ephrata parvulus es in milibus iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel: et egressus eius ab initio a diebus eternitatis.

qui gerat typum christi.

deam civitatem david que vocatur bethleem: eo quod esset de domo et familia david: ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum: et pannis eum involuit: et reclinavit eum in presepio: quia non erat ei locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos et claritas dei circumfulsit illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Quia natus est nobis hodie salvator: qui est christus dominus in civitate david. Et hoc vobis

domus panis: quia ibi natus est qui suos reficit eterno pane. quod esset in preconium futuri.

a ubi profiterentur iusticiam et virgo nisi ubi christus nascitur. i. in pacato corde: prope est verbum in corde tuo et in ore tuo.

non in domo parentum sed in via nascitur: quia per humanitatem quasi in alieno nascebatur: non secundum potentiam sed secundum naturam.

a Beda. Non prius quam alij: sed ante quem nullus.

a posuit in presepio. i. corpus christi super altare. Beda. De sancta alia carnis sue frumento reficiat: quod panis est angelorum. b Beda. Loco eget ut nos plures in celis habeamus mansiones.

a Ambro. Grex populus. nox seculum: pastores sacerdotes: vel etiam angeli.

ut non solum voce sermonis: sed etiam divine lucis claritate ortus veri luminis astruatur.

a Beda. Fidelium de cunctis diversitatibus gentium congregando: eternum gaudium nunciatur.

homo et deus.

a in bethleem: unde david natus b signum salutis fidelibus humilitas salvatoris que est opposita superbie. per quam mors in mundum intravit.

---

c Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies ut pareret. Hic consequenter describitur virginis partus. cum dicitur: d Et peperit filium suum primogenitum. et dicitur primogenitus: non quia post illum maria alios filios habuerit: ut dixit Helvidius hereticus: sed quia ante illum alium non habuit. unde et in lege filius unigenitus offerebatur domino et redimebatur tamquam primogenitus: quia ab uno mense redimebatur: ut habetur Nu. iij. et tunc primogenitus dicebatur: dato quod nullus sequeretur. e Et pannis eum involuit. per seipsam. Ex hoc patet falsitas que scribitur libro de infantia salvatoris. s. ipsam obstetrices habuisse in partu que non requiruntur nisi propter afflictionem matris in partu que non habuit locum in virgine: quia peperit sine dolore: immo cum maximo gaudio et delectatione: et ideo per seipsam puerum natum recepit involuit et reclinavit: ut hic dicitur. f Et reclinavit eum in presepio. Joseph enim in illo itinere adduxerat secum asinum ad portandum uxorem pregnantem: et bovem ad vendendum in bethleem ubi erat congregatio populi magna: ut de precio solveret expensas in via: et illis duobus animalibus fecit presepium iuxta se. in quo beata virgo reclinavit filium natum: secundum quod fuerat predictum Abacuck. iij. secundum translationem. lxx. quam sequitur officium ecclesiasticum: Domine audivi auditum tuum et timui: consideravi opera tua et expavi in medio duum animalium. Fuit enim prophete admirationis pavor quod in loco tam humili reclinaretur salvator. unde subditur: g Quia non erat ei locus in diversorio. Erat enim diversorium hospitalaria ad quam diver tunt venientes ab extra ad hospitandum. civitas autem bethleem tunc erat plena populo qui venerat ad predictam professionem: et illi qui erant potentiores occupaverant loca maiora: et ideo licet ioseph erat de nobili genere ut predictum est: non tamen erat de ditioribus: et ideo ita parvum locum habuit quod salvator natus in presepio reclinatus fuit: ad impletionem prophetie predicte: et ad dandum exemplum humilitatis perfecte a qua salvator incepit a nativitate: et eam continuavit usque ad mortem: in qua humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. secundum quod dicitur Phil. ij.

† Mat. ...

h Et pastores. Hic consequenter describitur angelorum cantus exultantium in nativitate salvatoris: ubi primo describitur nativitatis huius denunciatio. secundo angelorum exultatio. ibi: Et subito facta est cum angelo. tertio pastorum devotio. ibi: Et factum est. Circa primum premittitur quibus facta est dicta denunciatio cum dicitur: Et pastores erant in regione eadem vigilantes. Erant enim simplices et absque cautela malicie: et occupati in officio sanctorum patriarcharum: qui dicuntur fuisse pastores Gen. xlvij. talibus autem solent fieri divine illuminationes et consolationes: et non hominibus in sapientia huius mundi: que stulticia est apud deum occupatis: secundum quod dicit salvator Matth. xj. Confitebor tibi pater domine celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. ideo subditur: i Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. i. paratus ad revelandum eis divina. k Et claritas dei circumfulsit eos. non tantum exterius in corpore: sed etiam interius in mente. l Et timuerunt. ex insolita visione: sed angelus eos consolatur. dicens: Nolite timere. cuius causa subditur cum dicitur: m Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. non solum iudeorum sed etiam gentilium. n Quia natus est nobis hodie salvator. qui dicit hodie: quia quamvis esset nox erat tamen pars diei naturalis: vel aliter et melius ut videtur: quia nox illa ex claritate divina predicta fuit ita illuminata ac si esset dies clarissima: secundum quod fuerat predictum Ps. cxxxviij. Et nox sicut dies illuminabitur. o Qui est christus dominus. Christus grece idem est quod unctus latine. Antiquitus autem in veteri lege ungebantur tantum reges et pontifices. Christus autem rex est et pontifex. et ideo bene dicitur christus. i. unctus non unctione humana sed divina: quia in humanitate a nobis assumpta fuit unctus a deo patre: imo a tota trinitate plenitudine gratie: secundum quod dicitur Ps. xliiij. Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. propter quod dicitur Joh. iij. quod datus est ei spiritus non ad mensuram. s. aliorum hominum: sed secundum omnem plenitudinem non solum sufficientie: sed etiam redundantie in omnes alios quantum ad sufficientiam: secundum quod dicitur Joh. j. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus. p Et hoc vobis signum etc. Per hoc enim quod angelus dedit eis signum magne humilitatis et paupertatis significatum fuit pastoribus quod non venerat ad regnandum temporaliter: ut scribe iudeorum credebant christum venturum. Potest autem aliter dici quod illud fuit primum signum salvatoris nati. Ad cuius intellectum considerandum quod illa que

a Infantẽ pannis.in.Be.Crebris infantia saluatoris et angeloꝝ testimonijs: ⁊ euãgelistaꝝ ẽ inculcata: vt mẽtibꝰ nostris altiꝰ ĩfigat q̃d ꝓ nobis sit factus. In quo humilitas notatur: q: cũ esset diues paupꝫ ꝓ nobis factus est: vt inopia sua nos ditaret. b Multitudo mi. ce. ⁊c. Ambro. Bene angeloꝝ nominat exercitꝰ q̃ seq̃bãt militie ducẽ: q̃ ꝯtra malignos spũs ad tutelã nr̃az angeloꝝ ordinat exercitꝰ.

Beda. Uno euãgeliçãte multitudo cõsonã in laudẽ ꝓrũpit: vt ⁊ officiũ suũ deo impẽdat ⁊ nos ĩstruat: vt q̃tiẽs sacrã eruditionẽ ex fratris ore audimus: deo laudes corde: ore opere reddamus. Quia xp̃o deus ⁊ homo nascitur hominibꝰ pax cũ ipsis angelꝭ deo canit gloria: q̃ ab angelꝭ ꝑ nr̃a redẽptiõe glĩficat. c Et in terra pax. q̃n peccãdo erãmꝰ a deo extranei: extraneos nos ãgeli deputabãt. Sꝫ q: cognouimꝰ regẽ nr̃z: recognouerũt nos ãgeli ciues suos. Et timet angelꝰ adorari ab hũana natura quã ĩ suo rege ꝯsiderat. d Hoĩbꝰ bo. volũ. Bed. Qui suscipiunt natũ xp̃m. Nõ his q̃ audita eiꝰ natiuitate sunt turbati ⁊ eũ ꝑsecuti. Nõ ẽ pax ĩpijs: dic dñs. e Pastores loq̃. Ambro. Nõ sit vilꝭ ꝑsõa pastoꝝ. q: q̃ vilior ad prudẽtiã: eo ꝑciosior ad fidez. A pastoribꝰ fidem maria colligit. A pastoribꝰ ꝑp̃ls ad dei reuerentiã ꝯgregat. mirati sũt enĩ de his q̃ dicebant a pastoribꝰ ad illos. f Trãseamꝰ. Mora. Sic nos abiectis carnalibꝰ ꝯcupiscẽtijs: cogitatiõe ⁊ desiderio mẽtꝭ ĩ supernã domũ viui panis debemꝰ trãsire: illũ amãdo q̃ ꝓ nob̃ caro factꝰ est: vt ad eiꝰ visionẽ ꝑueniamꝰ.

Esa.48.d — Moralit

g Et venerũt festi. Be. Nõ cũ desidia christi q̃rẽda est ꝑsentia. iõ pastores sine mora inueniũt: q: nõ ficta fide currũt videre q̃ audierãt. Hoꝝ exẽplũ pastores ecclie ĩmo cũcti fideles imitari debẽt vt fide ⁊ virtute ꝓficiãt: ⁊ celesti oraculo erecti precedẽtiũ patrũ vitã: in q̃ panis vite sẽꝑ ⁊ seruat ⁊ reficit: quasi bethleẽ portas cõtẽplando subeãt. Ibi catholice ecclesie pulchritudinẽ q̃si mariã: ⁊ doctoꝝ cetũ quasi ioseph: ⁊ humilẽ mediatoris aduentũ scripture paginis insertũ quasi in ꝑsepio inueniẽt. h Uidẽtes aũt. Uisio dei cognitio dei est: ⁊ hec ẽ sola vita hominũ vt cognoscãt verũ patrẽ: ⁊ quẽ misit iesum christum esse vnum deũ. i Mirati sũt. Mirant ⁊ de mysterio ĩcarnatiõis: ⁊ de tanta pastoꝝ attestatione: qui fingere audita nescirent: sed simplici facundia vera ꝑdicarẽt. Sic dñs nõ rhetores: sꝫ piscatores ad euãgeliçãdũ destinauit. Sic ⁊ in veteri testamento sue dispẽsatiõis nũcios pastores ordinauit. Ideo nõ est paruipẽdẽda pastoꝝ attestatio. k Maria autẽ. Maria nõ minus ore pudica q̃ꝫ corꝑe secreta q̃ nouerat nulli diuulgat: sed tacito corde scrutans congruũ tp̃s q̃ hec deꝰ vulgari velit reuerẽter expectat: cõferẽs ea q̃ viderat circa se acta: ⁊ q̃ legerat in scripturꝭ agẽda. Ei dictũ erat ab angelo: Ecce ꝯcipies in vte. et pa. filiũ. Predixit Esa. Ecce virgo ꝯci. ⁊ pa. fi. Uidebat se de stirpe dauid ortã in naçareth de spũsctõ

S.1.c — Esa.7.c

l — ꝯcepisse

a signũ. Inuenietis infantez pannis inuolutũ et positum in ꝑsepio. Et subito facta ẽ cũ angelo

¶ ne parua vnius angeli videatur auctoritas. ¶ que christum ducem sequitur.

b multitudo militię celestꝭ: laudãtium deũ ⁊ dicẽtium: †Gloria in

¶ Pax mlta diligentibꝰ legẽ tuã dñe: ⁊ non est illis scandalum.

c d altissimis deo: ⁊ in terra pax hominibꝰ bonę volũtatꝭ. Et factũ est vt discesserũt angeli ab eis i

¶ credentes verbis angeli pastores dant testimonium vero agno.

e celũ: pastores loquebant ad inuicem: Transeamꝰ vsqꝫ bethleẽ:

¶ nõ aspiciamꝰ retro: nec ad dextrã vl' sinistrã: nisi in solũ xp̃m. ¶ Be. Qd̃ in ꝑncipio apd̃ patrẽ factũ est caro: ⁊ sic ostẽsũ nobis: qd̃ in deitate nõ poterat videri. ¶ Ambro. Cũ caro dñi videtur verbum videt qd̃ ẽ filius.

⁊ videamus hoc verbum quod

¶ caro. ¶ qd̃ dñs pater ⁊ filiꝰ ⁊ spũssctũs fecit .i. incarnati cõstituit: ⁊ sic factũ ostendit.

factum est: quod fecit dominꝰ: ⁊

g ostẽdit nobis: ⁊ venerunt festi

¶ ministros natiuitatis.

nãtes. Et inuenerũt mariam et

¶ hominem natum. ¶ in carne

ioseph: ⁊ infantem positũ in ꝑse

¶ carnem. ¶ recto ordine per cognitionem natiuitatis venerunt ad cognitionẽ verbi.

h pio. Uidẽtes ergo cognouerũt

¶ quod erat in principio.

de verbo quod dictuz erat illis de puero hoc: ⁊ oẽs q̃ audierũt

i mirati sunt: ⁊ de his q̃ dicta erãt

k a pastoribus ad ipos. Maria ãt

(a, b+, c, d, e, f, g, †, b+, †, i, k+, l+, †, m, n, o, p)

q̄ illa que fuerũt in veteri testamento fuerunt figure noui: vt dicitur. j. Coꝛ. x. In veteri autẽ testamento duo saluatores iudeoꝝ: imperfecti tamen ꝑcesserant tanq̃ꝫ figure saluatoris perfecti iesu christi. Primus fuit moyses qui liberauit eos de seruitute egyptiaca: vt habet Exo. xiij. Secundus fuit cyrus qui liberauit eos de captiuitate babylonica: vt habetur. j. Esdre. j. et vterqꝫ de nouo natꝰ fuit inuẽtꝰ in magna pauꝑtate: sicut patet de moyse Exo. ij. quẽ inuenit filia pharaonis positũ in flumĩe ĩ fiscella iuncea. Silr' de cyro dicit ĩ ecclesiastica historia suꝑ Danielẽ q̄ Astyages rex medoꝝ ⁊ ꝑsarũ vidit in somnis vitẽ nascentẽ de vtero filie sue totã asiã occupantẽ: ⁊ a cõiectoribꝰ fuit sibi respõsũ q̄ visio ista significabat ex ea puerũ nasciturũ q̃ occuparet regnũ medoꝝ ⁊ ꝑsarum: ꝓpter qd̃ timens ne ipse vl' filiꝰ suus ꝑ hoc regno priuaret: dedit filiã suã militi pauperi: ⁊ cũ hoc etiã cũ filia sua facta fuisset pregnãs fecit tp̃s partꝰ sui explorari ⁊ pueꝝ natũ sibi apportari: quẽ tradidit cuidã militi vt secreto ĩterficeret: q̃ cõpatiẽs puero ip̃m nõ interfecit: sed in quodã nemore puerũ fortune dimisit: ad quẽ quedã canicula pastoris regis que erat iuxta nemus frequẽter veniebat et ip̃m lactabat: ⁊ pastor ꝑdictus volẽs scire vbi canicula declinabat: inuenit pueruz ita in pauꝑtate iacentẽ: quem accepit et tradidit vxori sue nutriendũ. ⁊ postea factus est rex persaꝝ atqꝫ medoꝝ ad liberationẽ iudeoꝝ. Cũ igit figura ⁊ figuratũ debeãt habere correspõdẽtiã: ⁊ ꝑdicti duo q̃ fuerũt figure xp̃i in maxima pauꝑtate inuẽti fuerũt in sua natiuitate. signũ cõueniẽs ⁊ correspõdẽs figure dedit angelus pastoribꝰ de christi nati inuẽtione. a Inuenietꝭ infã. pan. inuo. ⁊ positũ in ꝑsepio. Et credẽdũ est q̄ pastores hoc intellexerunt illuminati a deo. b Et subito facta ẽ. Hic ꝯñr ponit angeloꝝ exultatio cũ dicit: Et subito facta est cũ angelo q̃ tãqꝫ ꝑncipalis inter alios nũciauerat christi natiuitatẽ. c Multitudo militie celestꝭ. i. angeloꝝ q̃ nomĩe militie designant: q: ꝓ salute hominũ cũ demonibꝰ preliãt: ꝺm qd̃ dr̃ Apoc. xij. Michael ⁊ angeli eiꝰ preliabant cũ dracone ⁊c. d Laudãtiũ deũ. de christi natiuitate: eo q̄ ꝑ ip̃m sciebãt deduci homines ad salutẽ quã desiderãt: ad ruinam angeloꝝ ꝑ hoc reparãdã. e Et dicẽtiũ: gloria in altissi. deo. quia licet eiꝰ gl'ia vbiqꝫ reluceat: maxime tñ in celo empyreo vbi est angeloꝝ ⁊ beatoꝝ habitatio. f Et in terra pax hominibus bone voluntatis. i. hominibꝰ bonis. ꝑ bonitatẽ enĩ volũtatis dicit hõ simplicit bonus magis q̃ꝫ per bonitatem aliarũ potentiarũ anime: quia volũtas mouet alias potẽtias ad actꝰ suos: ⁊ ideo bonitas eius vl' malicia ĩ oẽs alias potentias redũdat: sicut influẽtie cause mouẽtis in motis ab ipsa. malis aũt hominibꝰ nõ est pax: ꝺm qd̃ dr̃ Esa. xlviij. Nõ est pax impijs dicit dñs. Ex hoc etiã verbo angeli patet q̄ ista pax que ꝑncipalit ꝑ ꝓphetas ꝑdicta fuit futura in aduẽtu christi. erat pax interior bone volũtatꝭ: q: ꝺm qd̃ dr̃ Prou. xij. Nõ ꝯtristabit iustũ q̃cq̃d ei acciderit. pax aũt tẽporalis que fuit in aduẽtu xp̃i pacatis oĩbꝰ gẽtibꝰ sub impio romano fuit figura huiꝰ pacꝭ ꝑncipalit ĩtẽte. g Et factũ ẽ. Hic ꝯñr describit pastoꝝ deuotio: q: statĩ post visionẽ istã dimisso grege iuerũt ad vidẽdũ puerũ natũ. dicẽtes: h Trãseamꝰ vsqꝫ bethle. ⁊ videamꝰ h̃ verbũ. i. puerũ natũ ꝑ verba angeli nobis significatũ. i Qd̃ fecit dñs. hoc nõ est de textu. greci enĩ ⁊ antiq̃ nõ h̃nt: fecit: sꝫ tm̃: qd̃ dñs ostẽdit nob̃. k Et venerũt fe. ex desiderio vidẽdi xp̃m ꝑncipalit ⁊ scd̃ario vt citiꝰ redirẽt ad gregẽ quẽ sine custodia dimiserãt. l Et inue. ⁊c. sic angelꝰ eis dixerat. m Uidẽtes ãt cogno. de x̃. q: nõ solũ fuerãt illumĩati exteriꝰ s; ẽt ĩteriꝰ de cognitiõe x̃bi incarnati vt ꝑdictũ ẽ. n Et oẽs q̃ audierũt mirati sũt. ⁊ materia admiratiõis subdit. cũ dr̃: o Et de his. ⁊ accipit h̃ ⁊ ꝓ. i. de his: q̃ dicta erãt a pastoribꝰ ad ipos. sic supiꝰ ẽ expressũ. p Maria aũt cõseruabat oĩa ver. h̃ ꝯfe. in cor. suo. q: prudẽter attendebat quomodo prophetie implebantur in puero nato. ⁊ ista collatio erat ei valde delectabilis et toti ecclesie valde vtilis: quia ꝺm qd̃ dicit Hieronymus in sermone de assumptione beate virginis. Ipsa post ascensionez filij sui remansit ad tẽpus in terris cum apostolis vt eos plenius instrueret de verbo incarnato: de quo erat plenius edocta per spiritumsanctum: ⁊ omnia familiarius viderat et tractauerat: propter quod melius exprimere poterat: ꝺm quod dicit Hieronymus: Quod melius nouimus melius et proferimus.

† De conse. di. i. nocte

## Glo. ordi.

Et cõcepisse: in bethleē pepisse. Quoꝝ oĩm testimõia in diuersis ꝓphetis legerat. Cõpat ḡ v̄ba ꝓphaꝝ factis: ⁊ i oĩb⁹ hʒ argumēta fidei. Si maria a pastorib⁹ discit: debemus a sacerdotib⁹ discere. Si maria añ apl'i p̄ceptum tacet: debem⁹ p⁹ apl'i p̄ceptũ magis doceri q̄ȝ docere.

a Et reuersi. Be. Sic sp̃uales pastores mõ dormiẽtib⁹ alijs cõtẽplãdo celestia subuehũt: mõ castra fideliũ lustrãt: ⁊ ꝓbitat' exempla q̄rẽdo circũeũt: mõ ad publicũ pastoralis officij redeunt docẽdo: vt q̄ď i priuato gustauerĩt: alijs p̄dicãdo eructẽt.

b Sic dictũ. Be. Et in h̄ gl'ificãt: q̄ nõ alit̃ inueniũt q̄ȝ dictũ erat. vel sicut dictũ est ad illos ab angelis: refert laudes ⁊ gloriã deo. Nõ q̄ angeli iperassẽt laudare: sʒ ipsi laudãdo offerebãt formã deuotiõis sue dũ dicunt: Glr'ia in altissimis deo: ⁊ in terra pax hõib⁹ bone voluntatis.

† 25. q. 1. ca. ideo.

c Ut circũcide. Be. Ritus circũcisiõis ab abraã sũpsit exordiũ: quãdo ⁊ nomis amplificationẽ accepit: ad quã imitationẽ nomẽ iponebat puer' in die eoꝝ circũcisionis. Sic etiaʒ factũ ẽ ipsi iesu. Octaua die circũcidit̃ iesus: q̄ꝛ vtraq̄ nr̃a inouatio ⁊ i pñti sp̃us ꝑ baptismũ: ⁊ in futuro carnis: ⁊ i sua resurrectione est p̄figurata: ⁊ in nr̃a q̄ñq̄ est ꝑficiẽda. Christ⁹ auteʒ die octaua surrexit: ⁊ post sex seculi huius etatis: ⁊ septimã sabbati q̄ nũc interiʒ in alia vita gerit̃ q̄si octauo tp̃e resurgem⁹: tũc verissime ab omni corruptiõe circũcisi: vbi veꝝ p̄puciũ auferet̃: q̄ꝛ ibi neq̄ nubẽt neq̄ nubent̃.

Luce. 20. f

Grego. Qui in sĩlitudĩe carnis pcti venerat: remediũ q̄ caro pcti mũdari ꝯsueuerat nõ respuit: sicut baptisma noue gr̃e: nõ necessitatis: sʒ exempli cã subijt. Et nota q̄ idẽ auxiliũ curatiõis in lege circũcisio p̄stitit: q̄ď nũc baptisma ꝯfert tp̃e gr̃e: nisi q̄ itroitus in regnũ nõdũ patebat. Significat aũt hec circũcisio carnal' illã circũcisionẽ in die iudicij: cũ omnib⁹ aĩe ⁊ carnis corruptionib⁹ exuti: ad faciẽ creatoris vidẽdã ingrediemur. Significat etiã p̄sentẽ circũcisionẽ. i. ablutionẽ vitioꝝ ꝑ baptismũ. Significabat etiã illũ de abraaʒ nascituꝝ q̄ ⁊ in pñti ꝑ baptismũ: ⁊ in futuro ꝑ resurrectionẽ ab omi sorde suos purgaret. erat etiã in abraã signaculuʒ iusticie.

Be. Sicut a x̄po christiani: sic ⁊ i vtraq̄ nr̃a circũsiõe a iesu. i. a saluatore saluati vocamur. Qď nomẽ nõ solũ anteq̄ȝ cõcipiamur in vtero eccl'ie ꝑ fidẽ: sʒ etiã ante tp̃a sc̃laria a deo nob̃ vocatũ est.

d Tulert illũ. Paruuli q̄ de toto regno iudeoꝝ ad tẽplũ portabãtur. si erãt de tribu leui: in ministeriũ dom⁹ ꝑpetuo detinebant̃. Si de alia tribu p̄cio dato a parentib⁹ p̄mogeniti redimebãt̃ ad ꝓpria referendi.

e Sic scriptũ ẽ. Be. Scriptũ est in lege: Mulier q̄ suscepto semĩe pepit mas. in e. s. d. Ad distinctionẽ illi⁹ q̄ virgo pepit. Nõ ḡ filius: nõ mater hostijs ĩdigebat purgari sʒ vt nos saluaremur a timore legis. Decretũ aũt erat pueꝝ post tricesimũ tertiũ circũcisionis diẽ ad tẽplũ deferri: ⁊ ꝓ eo hostiã dari: p̄mogenitũ sctm̃ dño fieri. Per q̄ď significat̃ nullũ nisi circũcisis vitijs dignũ esse ꝯspectu dñi: nullũ nisi mortalitatis nexib⁹ absolutũ: suꝑne ciuitatis gaudia subituꝝ. Uera eni circũcisiõe purgat⁹: tẽplũ hierl'm cũ mũeribus ingredit̃ q̄ gl'ia resurrectiõis ab omni labe excoct⁹: cũ bonoꝝ opeꝝ fructib⁹ suꝑne beatitudĩs gaudia subit.

Leui. 12. a

f Omne masculinũ. Be. Omne tã hoĩs q̄ȝ pecoris q̄ď deo sanctificari: ⁊ sacerdotis esse iubebat̃: vt sacerdos p̄mogẽitũ hoĩs redimi faceret: sic ⁊ om̃e aĩal imũdũ. q̄ p̄mogenita illũ significãt q̄ vnigenit⁹ dei dignat⁹ est fieri p̄mogenit⁹ oĩs creature: q̄ vere est sctũs dño: q̄ꝛ sine peccato. Qui ad generãdos sibi ppl'os secretũ genitale sancte eccl'ie sibi aꝑuit.

Moralit̃

Ul' moralit̃. Primogenita significant bõa initia nr̃e actiõis: q̄ q̄si corde gerim⁹: q̄ dei gr̃e deputare debem⁹. Male gesta redimere fructib⁹ penitẽtie iube

## Luce Ca. II (Textus)

cõseruabat omnia verba hęc: cõ ferẽs in corde suo. a Et reuersi sũt pastores glorificantes ⁊ laudãtes deum in omnibus quę au-

(ab angelis.) (in bethleem.)

b dierant ⁊ viderãt: sicut dictũm ẽ ad illos. †Et postq̄ȝ consummati c sunt dies octo vt circũcideretur puer: vocatum est nomen ei⁹ ie-

(non decuit tam gloriosum nomẽ primum ab hominibus appellari sed excellẽtiori natura: ne homo videat̃ machinator huius nominis.)

sus. Quod vocatuʒ est ab angelo priusq̄ȝ in vtero conciperetur. †Et postq̄ȝ impleti sũt dies pur-

(marie vel domini.)

d gationis eius ſm legẽ moysi: tu-

(offerrent ⁊ cõsecrarent.)

lerũt illum in hierusalem vt sisterent eum domino: e sicut scriptũ ẽ f i lege domi: † Quia om̃e mascu-

## Nico. de lyra

a Et reuersi sunt pastores. redeũdo ad gregẽ suũ. b Glorificantes ⁊ laudãtes deum. de beneficio toti mũdo collato generalit̃ ⁊ eis ostenso specialiter. ideo subdit̃: In omnib⁹ q̄ audierãt ⁊ viderant.

c Et postq̄ȝ. Hic ponitur debitus ritus circa pueꝝ natũ: q̄ꝛ ſm ritũ veteris legis debebat circũcidi ⁊ in tẽplo offerri. ⁊ ideo p̄mo agitur de ei⁹ circũcisiõe. secũdo de oblatiõe. ibi: Et postq̄ȝ ipleti sũt di. Circa primuʒ d̄r: Et postq̄ȝ ꝯsũmati sũt dies octo. hoc erat tp̃s determinatũ circũcisiõi: ꝓut habet̃ Geñ. xvij. Uoluit aũt x̄ps circũcidi q̄ȝuis non esset legi subiect⁹. Primo vt ostẽderet in se v̄itatẽ carnis hũane: cõtra Manicheũ q̄ dixit ip̃m deũ habuisse corp⁹ fantasticũ: ⁊ ꝯtra Ualentinũ dicentẽ x̄pm corpus de celo attulisse. secũdo vt approbaret circũcisionẽ quã de⁹ olĩ instituerat. tertio vt ostenderet se esse de genere abrae: q̄ circũcisiõis mandatum accepit: Geñ. xvij. Et facta est repromissio de christo. quarto vt iudeis excusationẽ tolleret de nõ recipiendo eũ si esset incircũcisus. Quinto vt obedientie virtutẽ nobis suo cõmẽdaret exẽplo: p̄ceptum legis obseruãs: cui tñ nõ erat subiectus. Sexto vt qui in similitudinẽ carnis peccati venerat: remediũ q̄ caro pcti cõsueuerat mũdari nõ renueret. Septimo vt legis onus in se sustinẽs alios a legis onere liberaret: ſʒ illud Gal'. iiij. Misit de⁹ filiũ suũ factũ sub lege vt eos q̄ sub lege erãt redimeret.

† Leui. 12. a

d Uocatũ est nomẽ ei⁹ ie. nõ dicit ipositũ: q̄ꝛ a deo fuit ipositũ hoc nomẽ: sed ꝑ angelũ denũciatũ marie ⁊ ioseph ⁊ ꝑ ipsos alijs diuulgatuʒ. Et q̄ꝛ aliq̄s infidelis potissime iude⁹: q̄ h̄ nomẽ nõ fuisset cõueniẽter ipositũ posset arguere. tũ q̄ꝛ Esa. lxij. dicit̃: Uocabit̃ tibi nomen nonũ q̄ď os dñi noĩauit. Hoc aũt nomẽ iesus nõ erat nouũ tũc: q̄ꝛ añ alij fuerãt nomiati hoc noĩe: vt ptʒ de iesu filio iosedech: ⁊ de iesu naue: ⁊ i genealogia x̄pi q̄ describit̃ ca. se. vbi idẽ hr̃. Itẽ q̄ꝛ Esa. vij. d̄r: Uocabit̃ nomẽ ei⁹ emanuel. ⁊ viij. d̄r: Uoca nomẽ ei⁹: accelera: spolia d̄trahe ⁊c. ⁊ ix. Uocabit̃ nomẽ ei⁹ admirabil̃: ꝯsiliari⁹: de⁹ fortis ⁊c. q̄ noĩa sũt alia a noĩe iesu: ⁊ sĩlia possũt induci de alijs loc' scripture. iõ dicẽdũ q̄ h̄ nomẽ fuit ꝓprie ipositũ ei. Noĩa eĩ si bñ iponãt̃ iponi debẽt a ꝓprietatib⁹ reꝝ: ⁊ h̄ patet de noĩb⁹ geneꝝ ⁊ specieꝝ. de q̄b⁹ d̄r. iiij. Metaph. Rõ quã significat nomẽ ẽ diffinitio q̄ designat ꝓpriã rei naturã. Noĩa aũt singuloꝝ hoĩm si bñ iponãt̃ iponi debẽt ab aliq̄ ꝓprietate ei⁹ cui ipõit̃ nomẽ. aliq̄ñ a tp̃e: sic noĩa aliq̄ꝝ sanctoꝝ iponunt̃ pueris natis in fest' eorũ vel a cognatione: sicut cũ filio iponit̃ nomẽ patris vl' alicui⁹ d̄ cognatiõe ei⁹. Aliq̄ñ ab euẽtu: sicut moyses vocauit filios suos: vt habet̃ Exo. ij. Aliq̄ñ ãt ex aliq̄ q̄litate ei⁹ cui nomẽ ipõit̃: sic Geñ. xxv. Primogenit⁹ isaac vocat⁹ est Esau q̄ď interp̄tat̃ rubeus vl' ruf⁹: q̄ꝛ de vtero matr' exiuit rufus ⁊ tot⁹ i morẽ pellis hispid⁹. Aliq̄ñ ex aliq̄ dono dei gratuito: sic Mat. xvj. dictũ ẽ Petro: Tu es petr⁹ ⁊ suꝑ hãc pe. ⁊c. ⁊ Joh. j. Tu vocaberis cephas. igit̃ q̄ꝛ homini x̄po h̄ mun⁹ gr̃e collatũ erat vt ꝑ ip̃m oẽs saluarent̃. iõ vocatũ ẽ ꝯueniẽt nomẽ ei⁹ iesus. i. saluator vl' sal⁹. ⁊ hãc rõnẽ assignauit ãgel⁹ ioseph: Mat. j. Uocabis nomẽ ei⁹ iesũ. ip̃e eni saluũ faciet ppl'm suũ a pctis eoꝝ. Ad p̄mũ dicẽdũ q̄ h̄ nomẽ fuit nouũ in x̄po inq̄ȝtũ fuit ei ipositũ ab hac ꝓprietate: q̄ꝛ est oĩm saluator q̄ nõ fuit in aliq̄ p̄cedẽti: licet fecerint salutẽ in aliq̄ facto ꝑticulari: sic iesus naue saluauit populũ israel hostes ei⁹ debellãdo: vt legit̃ in libro Josue: ⁊ ita põt dici de alijs. Ratio aũt hui⁹ nomĩs emanuel q̄ď interp̄tat̃ nobiscũ deus: includit̃ in nomĩe iesu. Per hoc eni q̄ fuit nobiscũ per suã icarnationẽ fecit nobis salutẽ. ⁊ eodẽ mõ põt dici de alio: q̄ꝛ saluauit nos infernũ spoliando: ⁊ sic de tertio ⁊ ꝯsimilib⁹.

† Exo. 13. a Nu. 8. c

e Et postq̄ȝ ipleti sunt. Hic ꝯñr agit̃ de pueri oblatiõe: vbi p̄mo describit̃ hui⁹ oblationis p̄sẽtatio. secũdo p̄sentati receptio. ibi: Et ecce hõ. tertio recepti cõmẽdatio. ibi: Et erat anna. Circa primũ sciẽdũ q̄ in lege veteri circa pueros natos duo fiebãt in tẽplo: vnũ erat generale oĩb⁹: q̄a ꝓ filio nato vel filia cõpletis dieb⁹ purificatiõis matris offerebat̃ sacrificiũ: vt habet̃ Leui. xij. Aliud erat speciale circa p̄mogẽitos: quia erãt ꝯsecrati dño eo q̄ ꝑcussit p̄mogẽitos egyptioꝝ: filios isr'l saluas: ⁊ ideo offerebantur in templo ⁊ redimebantur: vt habetur Exo. xiij. Christus autẽ fuit primogenit⁹: vt dictum est supra. ⁊ ideo vtrunq̄ fuit factũ circa euʒ vt hic dicit̃. ⁊ primo q̄ȝtum ad id quod erat speciale primogenitis. cum dicitur: f Tulerunt illuʒ in hierusalem vt sisterent eum. i. offerrent domino. cuius causa subditur: g Quia omne masculinum adaperiens vuluã. i. primo nascens: cuiusmodi erant primogeniti. secundo q̄ȝtum ad illud quod erat generale.

tie iubemur. a Par turturũ. Be. Hec oblatio paupeꝝ erat qui non sufficerent offerre agnũ vt per omnia humilitas dñi pateat.

Moralit. Moralit. Siue q̇s fortia opa que masculi nomĩe: siue infirma q̄ femine significant: creauerit vt hec dño legitime consecrent: neces se est vt lachrymas cõpunctionis offerat: que per gemitũ illarum auiũ significant: q2 lachrymis etiã in bonis indigemus: quia quo fine cõsũmandi simus nescimus. Qui nõ inuenit agnũ .i. diuitias innocue vite ad lachrymas recurrat. Sunt aũt duo genera cõpunctionis: dũ vel maloꝝ recolẽtes supplicia timem⁹. Uel dũ desiderio celestiũ ardẽtes de dilatione gemim⁹. Añ duo pulli offerri iubentur. vn⁹ in holocaustũ: qñ amore celestiũ inflammamur. alter ꝓ peccato: dũ de malis ꝑpetratis gemimus. Beda. Amb. Columba que in grege conuersat actiuã. turtur solliuagus cõtẽplatiuaꝫ vitã significat que paucorum. Et quia vtraq3 hostia accepta est deo: cõsulte vtraq3 auis oblata est ꝓ dño. Qui clauso ostio patrẽ orat ĩ abscondito: turturem offert. Qui cõpares operis querit: columbã ad altare portat.

Turtur in desertis habitat: non multis diuulgatur: pullos nocte pascit: morticino nõ pascitur. Sic ecclesia deserta ẽ a peccatis: nec christus in mult⁹ locis diuulgatur nisi in fide trinitatis ⁊ vnitatis. In nocte mũdi sctõs pascit: heresim non suscipit. Beda. Puer primo circũciditur: ⁊ post interpositis dieb⁹ cũ hostijs hierusalẽ defert: q2 ⁊ ipse iuuenis resurgẽdo corruptionẽ carnis calcauit: ⁊ int̃posit⁹ dieb⁹ cũ carne quã hostiã fecerat ad celũ ascendit. Sic ⁊ nos prius in baptismo circũcidimur a peccatis: ⁊ ꝑficiente gratia ad altare ingredimur: consecrandi hostia corporis et sanguinis dñi nostri: sed in fine omnis ecclesia corruptionẽ exuet: et cũ victimis bonorum operũ in eternam hierusalem transferetur. b Et ecce homo ⁊c. Nõ solum angeli sed omnis etas et sexus testimonium nato reddunt puero. Et sicut ab omnium seculoꝝ fidelibus p̃sagiebat: ita veniens omniũ sanctoꝝ laude p̃dicatur.

c Justus et timoratus. Difficile iusticia sine timore custoditur: nõ penali: sed q̇ ꝑmanet in seculum seculi: quo iustus quanto plus deum diligit: tanto solertius offẽdere cauet. Et bene iustus q̇ nõ suã sed populi gratiam querebat: cupiẽs ipse dissolui: sed expectans videre ꝓmissum auctorẽ salutis: vt qui ab herode pressi fuerãt: aduentu saluatoris liberati acciperent ꝯsolationem. d Puerum ⁊c. Cum puericia post septem annos infantie incipiat. iesus frequenter puer dicitur: non tam pro etate q̃3 pro seruitio. Unde propheta: Ecce puer meus. Quia filius hominis nõ venit ministrari: sed ministrare. (Mat. 10. d)

Moralit. e Et ipse accepit. Beda. Moraliter. Ueteramus accipit infãtem: docens vt exuentes veterẽ hominẽ qui corrumpit: induamur eũ q̇ ꝓm deũ creatus est. Justus ꝓm legẽ accipit puerũ in vlnas: vt innuat iusticiam legis gratia euangelice fidei mutandã. Accipit etiam senior mundus innocentiã christiane infantie: vt renouet sicut aquila. Beda. Q2 symeon ⁊ anna ꝑuecti iesum excipiunt ⁊ laudant: significat fidelẽ synagogã: que post longã expectationẽ ꝓmissionum: fide nõ ficta eum recepit qui prenunciabatur.

f Nunc dimittis seruũ tuũ do. Ambro. Qui vult dimitti veniat in hierusalem: conuersationem habens in celestibus: veniat in templũ: imitet exempla illoꝝ in quib⁹ deus habitat. Expectet dominum: accipiat in manibus verbum dei: brachijs fidei spei ⁊ charitatis amplectat: tunc dimittet vt non videat mortẽ: q2 viderat vitam. g Quia viderunt oculi m. ⁊c. Sciebat ꝙ beati oculi qui christũ essent visuri. ⁊ ideo donec illũ videret nolebat morte dissolui: quẽ tamẽ vt vidit mox optauit in pace dimitti. h Qd parasti ⁊c. Et in p̃mo aduẽtu xp̃s añ faciẽ ꝑploꝝ a deo parat: vt credãt ⁊ diligãt: ⁊ ĩ scdo aduẽtu parabit vt videat eũ oĩs ꝑpl's: ⁊ reddat vnicuiq3 ꝓm opa sua. Adre.

§ Beda. Consueto natiuitatis more loquit: nõ ꝙ dominus ventris hospitium ingrediens vel egrediens deuirginasset.

linũ adaperiens vuluã sanctuꝫ domino vocabitur. Et vt darẽt (a) hostiaꝫ ꝓm ꝙ dictum est in lege

§ turtur castitatẽ: colũba simplicitatẽ significat: et casta et simplex iustorum conuersatio gratum deo offert sacrificium.

a domini: par turturuꝫ: aut duos b pullos colũbarũ. Et ecce homo (b+) erat in hierusalem cui nomẽ sy- (c)

§ id est signum.

c meon. Et hõ iste iust⁹ ⁊ timoratus (d e) expectans cõsolationẽ isrl': (f) ⁊ spiritussanct⁹ erat in eo. Et re- (g h)

§ mente.

sponsum accepit a spiritusãcto

§ experturum. § carnis.

nõ visurũ se mortem: nisi prius

§ oculis carnis: al's cordis. § messiam. § messias hebraice: christus grece: vnctus latine.

videret christum dñi. Et venit (i)

§ Beda. Eadem gratia qua venturum p̃nouerat: venientem cognouit.

in spiritu in templũ. Et cum idu- (k+) d cerent puerum iesũ parẽtes ei⁹: vt facerent ꝓm consuetudinem e legis pro eo: ⁊ ipse accepit eũ in (l)

§ Beda. Magna humilitas saluatoris: qui loco non capitur: grandeui hominis vlnis gestatur. § viso redemptore.

vlnas suas: et bñdixit deũ ⁊ dixit: (m n)

§ quasi dimitte. § ad mortem carnis.

f xit: Nunc dimittis seruũ tuũ do-

a § q2 responsum acceperat a spiritusancto: nõ visurum se mortem nisi prius videret christũ domini. § in sinu abrae requieturum.

mine ꝓm verbum tuum in pace.

§ Beati qui vident qd symeon vidit. § beati q̇ non viderunt et crediderunt. a § ⁊ carnis hominẽ: et cordis deum. § christum.

g Quia viderũt oculi mei salutare (o)

§ quẽ postmodũ omnib⁹ populis querẽduꝫ dilectione: et conspiciendũ fide p̃uidi: iam carnis ⁊ mentis oculis saluatorem contẽplor.

h tuũ. Quod parasti añ faciẽ om- (p)

nerale. quod notatur cũ dicitur: a Et vt darent hostiam ⁊c. par turturũ aut duos pullos columbaꝝ. ista erat oblatio pauperũ: ꝓm qd habet Leuit. xij. ex quo patet ꝙ supra dictũ est de pauꝑtate marie ⁊ ioseph. Sciendũ autẽ circa hoc ꝙ beata virgo nõ tenebat ad ista que dicta sũt de purgatione: quia Leuitici. xij. scribitur: Mulier si suscepto semĩe peperit masculum ⁊c. ⁊ ideo lex illa ligabat tm̃ mulieres de viri semine concipientes: quod non habuit locum in virgine. hoc etiã patet per hoc quod hic dicitur: ⁊ accipitur de Exo. ⁊ Leuitico. Omne masculinum adaperiens vuluã sanctum domino vocabitur. Ex q̇ patet ꝙ loquitur de masculino cõcepto et nato per apertioneꝫ claustri virginalis: quod non habuit locum in beata virgine: que virgo permansit in cõceptu ⁊ partu. Uerũtamen sicut eius filius circũcidi voluit ⁊ legalia obſuare ex sua humilitate q̃3uis non teneretur: sic beata virgo que fuit humillima voluit obseruare. b Et ecce homo erat in hierusaleꝫ. Hic describitur christi presentati receptio. vbi primo describitur recipientis conditio. cuꝫ dicitur: Et ecce homo erat in hierusalem: in loco solenni ⁊ sacro: tum quia ibi erat diuinus cultus: tum quia ibi erat studium legis ⁊ ꝓphetarum.

c Cui nomen symeon. ex hoc patet eius fama: quia inter sacerdotes erat famosus et nominat⁹. patet etiam eius sancta vita cum dicitur: d Et homo iste iustus. recte se habendo ad proximum.

e Et timoratus. quo ad deum.

f Expectans consolationem israel. q̃3tum ad fidei rectitudinem.

g Et spiritussanctus erat in eo. q̃3tum ad gratie plenitudinem. q2 non solum habuit gratiam iustificantem prout habetur cõmuniter a iustis: sed etiam q̃3tum ad illuminationes et consolationes diuinas speciales. ideo subditur:

h Et responsum accepit a spiritusancto (non visurum se mortem nisi prius videret christum domini.) in orationibus suis deuotis ad deum: tunc enim erat opinio communis apud intelligentes ꝙ imminebat aduentus christi ꝓm signa a patriarchis et prophetis data. ⁊ ideo symeon de hoc feruentius orabat deum: ⁊ in oratione responsum acceperat ꝙ christum natum videret anteq̃3 vitam presentem finiret.

i Et venit in spiritu in templum: id est per reuelationeꝫ spiritussancti vt videret christum sicut erat ei promissum.

k Et cum inducerent puerum iesum parentes eius ꝓm consuetudinem legis. ad faciendum que predicta sunt ꝓm legem. l Et ipse accepit eum in vlnas suas. cum maximo cordis gaudio: ꝓm quod dicitur Prouerb. xiij. Desiderium si cõpleatur delectat animã. secundo ponitur gratiarumactio. cum dicitur:

m Et benedixit deum. gratias agendo pro tanto beneficio. n Et dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine ꝓm verbum tuum in pace. i. decetero dimittes me de hac vita transire in cordis quiete.

o Quia viderunt oculi mei salutare tuum. letanter eñi volebat descendere ad limbum patrum: ex quo sciebat saluatorem natum. p Quod parasti ante faciem omnium po. id est coram omnib⁹ ꝑplis quib⁹ mysteriũ ĩcarnationis ⁊ redẽptionis p̃dicatum est ꝑ apl'os: ꝓm qd dicitur ps. xviij.

E

a Ad reuelationē gentiū. Ut reueletur cecis oculis gentilium nulla spe dñici aduēt⁹ erectoꝝ. ꝛ vt ipse israel glorief: excipiens suū ꝓmissū et desideratū: ꝛ pferetur reuelatio gētiū glorie israel: Quia cū plenitudo gentiū intrauerit: tūc oīs israel saluus erit.

Ro. 11. b Symeō. qui interptaf audiēs tristiciā. figura est ꝓphetaꝝ: q̄ vindictā sibi a deo dictā sup ppłm audiebāt. Anna q̄ gratia dicif: figura ē ecclesie. c Posit⁹ est hic ru. ꝛc. In ruinā illoꝝ q̄ steterāt: ꝛ resurrectionē illoꝝ q̄ ceciderant. Ul' in ruinā vitioꝝ: ꝛ in resurrectionē virtutū. Nō in se tm̄: sed in suis ꝗ̃ pdicatoribus posit⁹ ē in ruinā ꝛ in resurrectionē. Unde Apl's: Christi bon⁹ odor sumus deo: in his q̄ salui fiunt: ꝛ in his q̄ pereūt. Bono ei odore alij saluāf: alij pereūt. d In signū cui ɔtra. ꝛc. Oīa q̄ d̄ christo narrāf signū sūt: ꝗ nat⁹ de virgine: ꝗ surrexit: ꝗ clausis ianuis itrat: cui signo cōtradicif ab infidelib⁹. Spūalit signū est in fide dñice crucis q̄d vbiq̄ ɔtradicif. e Gladi⁹. Be. Dolor dñice passionis: q: nō potuit videre crucifigi sine affectu materni doloris: ꝛ si speraret resurrecturū: ꝛ morte deuicturū. Usq̄ ad finē sctl' aiam eccłie gladi⁹ tribulatiōis ptrāsit: cū signo fidei ab impiobis ɔtradicif: cū multos ruere videt: cū reuelatis cordium cogitationibus vbi bonū semē seminauerat: ɀiɀania germinare ɔspicit.

f Ut reuelenf. Ante erat incertū: q̄ in deoꝝ christi gratiā reciperent qui conspueret. Sed audita natiuitate reuelāf cogitationes: ꝛ herodes ꝛ alij turbantur: q̄dā ad christi magisteriū accedūt. g Et erat anna ꝛc. Quia p virū ꝛ mulierē vita toti⁹ mūdi pdita est: in testimonio vite p xpm redeuntis anna cōiūgif symeoni.

Cōuenit mysterijs ecclesie ꝗ anna gra interptaf: q̄ est filia phanuel: q̄ facies dei d̄r. vn̄ ps. Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe. De tribu aser. i. beati. Descēdit qui inter duodecim patriarchas ordine nascendi octauus est ꝓpter mysteriū resurrectionis. Quinq̄ sūt anne. Prima mater samuel. secūda vxor raguel. tertia mater tobie. quarta filia phanuel. quīta mater marie. h Processerat in die. Beda. Juxta historiā anna ꝛ deuote conuersationis ꝛ venerāde etat⁹ digna descripsit q̄ dño testimoniū phibebat. Signat aūt ecclīam q̄ in pn̄ti quasi spōsi dñice sui morte estiuiduata. Septies. xij. octuagita q̄ttuor faciūt. Septē ad cursū hui⁹ mūdi: duodecim ad pfectionē aplice doctrine ptinēt. Quisq̄s ergo totū vite tp̄s aplicē mācipat institutis: quasi octuaginta q̄ttuor annis celesti limina tēpli seruare: ꝛ dñi ꝑ stolari aduentū laudatur. dum a domio peregrinatur. Septem anni quibus cū viro vixit: significat perfectionem illius temporis: quo a domio conuersante in carne edocetur. Qui anni postea per duodecim multiplicantur propter apostolicam doctrinam. i Que non discedebat ꝛc. Quia circa templū frequēs erat: ea nō discedere dicit: nō ꝗ ad horā nō discesserit. Sic sancta ecclesia ꝛ in ꝓsperis ꝛ in aduersis deo seruiēs a celo nō recedit. Uel moraliter. Anima a templo non recedit: cum semper studet et castū ꝛ immaculatum custodire templum corporis sui. Hinc precipitur sacerdotibus veteris testamenti vt tp̄e ministratiōis iugiter maneāt in sanctis: quatenus anima que deo ministrare cupit: nō quiescat a bonis operibus suis. k Et hec ipsa ꝛc. Prophetauerat symeon: ꝓphetauerat copulata coniugio: ꝓphetauerat virgo: ꝓphetauerat et vidua: ne quia aut ꝓfessio deesset aut sexus. ꝛ ideo talis anna inducif ꝛ stipendijs viduitatis ꝛ moribus: que digna sit nunciare redemptorē omniū venisse. Cōgruus ordo: nō venit añ virū mulier cuius verba nō sunt digesta: sed generalit dictū est ꝗ ꝓfessa sit dño: ꝛ locuta de eo: que longa castitate: longisq̄ ieiuniis ad hoc culmē peruenerat vt spiritū ꝓphetie acciperet: sed auctoritatem docendi mulier non accepit.

Ps. 4. Moralit

a ipse saluator: ipse lux illuminās.

a nium populoꝝ. Lumē ad reuelationē gentiū: ꝛ gloriā plebis tue israel. Et erat pater ei⁹ ꝛ mater ei⁹ mirātes sup his q̄ dicebātur de eo. Et bn̄dixit illis symeon: et dixit ad mariā matrē ei⁹: †Ecce positus ē hic in ruinā ꝛ in resurrectionē multoꝝ in isrł: et in signū cui contradicef. Et tuā ipsius animā pertransibit gladius: vt reuelenf ex multi cordib⁹ cogitatiōes. Et erat ānna ꝓphetissa filia phanuel de tribu aser. Hec processerat in dieb⁹ multis ꝛ vixerat cum viro suo annis septem a virgitate sua. Et hec vidua erat vsq̄ ad ānos octogita q̄ttuor: q̄ nō discedebat a tēplo ieiunijs ꝛ obsecratiōib⁹ seruiēs nocte ac die. Et h̄ ipsa hora sup ueniēs cōfitebaf dño: ꝛ loq̄baf

(Interlinear: ad gliam fidei. — ad. — ioseph ad conseruandam famam marie pater est ab hominibus deputatus: et quia erat nutriti⁹. — a ab angelis: a pastoribus: a symeone. — deo et marie. — quia lapis offensionis. — non credentiū. — quia lumen: q: gloria. — credentiū. — i. in euangeliū in quo dicif: Ueni homine separare aduersus matrem. et reliqua. — vt male cogitationes que prius occultabant ꝓferantur in publicum et destruantur in deo. q̄diu enim occultantur non possunt sanari. — anna que gratia dicitur: figura est ecclesie. — gratia eius. — persana dei. — aula dei. — prouecte etatis erat. — similiter synagoga cum heptatico ante octauum diem noui testamenti a virginitate: id est a lege nature. — a tempore amisse virginitatis. — hoc exemplū viduis ꝓponif q̄ sūt in ecclesia. — als orationibus. — qua symon accepit. — laudabat.)

Ps. xviij. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ. a Lumen ad reuelationē gentiū. que pri⁹ erroꝝ tenebris tenebanf. b Et gliam plebis tue isrł. magna ē enī glia in deis ad fidē christi ɔuersis: ꝗ christus fm carnē nat⁹ est de ipsis. tertio ponitur parentū benedictio. cū dicif: c Et erat pater eius. i. ioseph q̄ meruit vocari pater christi: eo ꝗ nutriti⁹ eius fuit. d Et mater. s. maria q̄ fuit mař eius vera. e Mirātes sup his q̄ dicebant de illo. tūc a symeone ꝛ p̄i⁹ a mag. ꝛ pastorib⁹ ꝛ ɀacharia ꝛ elizabet f Et benedixit illis symeon. Quis enī maria ꝛ ioseph essent maiores symeone in sc̄titate: ille tñ erat maior q̄tū ad sacerdotis officiū: ad quē spectabat bn̄dicere populū: ꝛ nō solū benedixit: sed etiam futura pdixit. g Ecce posit⁹ e hic in ruinā ꝛ in resurrectionē multoꝝ in israel. quia in passione christi sue futura erat multi in dei fide rant excecati a veritate cadentes: ꝛ multi fuerunt illumiati q̄ pri⁹ erāt simplices ꝛ ignorātes: vt patet de apostolis quib⁹ post passionē christi data est itelligentia scripturaꝝ: fm q̄d dr̄ Luc. vlti. Et tūc aperuit illis sensū vt itelligerēt scripturas. h Et in signū. s. federis inter homines et deū. i Cui ɔtradicef. a sacerdotib⁹ ꝛ legisperitis ꝛ multis alijs. k Et tuā ipsius aiam pertransibit gladi⁹. i. dolor passiōis ei⁹ ptrāsibit animā tuā p cōpassionē. Ex hoc dicit Hiero. in sermōe de assumptiōe beate virginis: ꝗ quia in parte impassibili passa est: plus q̄ martyr fuit. l Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. l. vt nō tenetur hic causaliter: sed consecutiue seu cōcomitatiue. Licet enī beata virgo ex passione filij marie afflicta fuerit: tamen in fide immobilis et firmiter sterit. alij autē discipuli q̄tūcunq̄ solidi dicunt dubitasse. ꝛ circa hoc mutationes diuersarū cogitationū habuisse quousq̄ viderunt ipm a mortuis resurrexisse. Aliter expōit Origenes de reuelatione occultoꝝ peccatoꝝ in confessione: que per effectum passionis in sacramento penitentie operantis sanant. m Et erat anna. Hic consequenter describit christi recepti cōfessio seu cōmēdatio: et primo describitur persona confitēs ex nomine. cum dicitur: Et erat anna. secundo ex mentis eleuatione. cū dicif: Prophetissa. et ex cognatione. cum dicitur: Filia phanuel de tribu aser. et exprimitur pater ꝛ tribus: ad declarandum certitudinem historie: et forte ad distinctionem huius anne ab alijs que vocabatur hoc nomine. describitur etiam ab etatis maturitate. cū dicitur: Hec processerat in diebus multis. ꝛ a castitate i matrimonio ꝛ ante et post. cum dicitur: Et vixerat cum vi. ꝛc. cōmendatur etiam ab orationis sedulitate. cum dicif: n Que non discedebat de templo. nō ꝗ ibi semper esset: sed frequenter: sicut de homine bene frequentante ecclesiā dicitur cōmuni modo loquendi: talis semper est i ecclesia. o Jeiunijs. quibus incentiuum carnis reprimitur. p Et obsecratiōib⁹: id est sacris orationibus quib⁹ mēs in deum eleuatur. q Seruiens nocte et die: id est valde frequenter: vel quia non erat ibi interruptio per peccatum mortale auferēs meritū pdictoꝝ. r Et hec ipa ho. su. nō a casu vl' hūana dispositiōe: s; spūsctī reuelatione: sicut dictū est de symeone. s Cōfitebaf dño. gr̄as agēs de tāto bn̄ficio adipleto. t Et loquebanf de illo oīb⁹ q̄ expectabant redēptionē isrł. annūciās eis natū esse redēptorē.

† Zach. 14. b

Et vt ꝓfe

Omnibus

a Omnibus qui expectabant redemptionē israel. Omnibus fidelibus qui iugo herodis alienigene grauati liberationē ciuitat⁹ ꝛ populi expectabant: pmittebat per aduentū christi in proximo redēptionem a tyrannide alieni. b Reuersi sunt in galileam in ciuitatem samariā. Pretermittit hoc loco lucas que a mattheo plenius posita sunt: scꝫ puerū ob metū herodis delatū esse in egyptū: ꝛ mortuo herode inde relatū: ꝛ habitasse in naçareth. Solent enī singuli euangeliste sic quedā omittere q̄ ab aliis cōmemorata viderint: vel ab alijs cōmemorāda spū pŭiderint: vt cōtinuata sue narrationis serie: quasi nulla ptermisisse videātur. c Puer autē. Beda. In eo ꝙ puer erat. i. homo fragilis poterat crescere ꝛ ꝯfortari: nō in eo ꝙ verbū: ꝭm qđ plen⁹ sapiētia ꝛ gratia phibet. Sapiētia: qꝛ in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporalit. Gratia: qꝛ eidē homini xp̄o magna grā donata est: vt ex quo hō fieri cepisset: pfect⁹ esset vt deus. d Et ibāt pa. ꝛc. Be. Merito lucas inter quattuor aīalia vitulo cōparat: q̄ quasi aīal hostijs deputatū circa tēplum: marie ꝛ hierl'm narratiōis sue versat incessu. In pncipio sacerdotē collocat ad arā orātē pplo foris stante. Mariā ꝯcepto dn̄o hierusalē mittit ad domū pōtificis: ibi baptistā natū refert: illuc dn̄m natū cū hostia transfert. Illuc ipm cū parentib⁹ singulis annis ducit: duodecēnē in tēplo choris doctoꝝ inserit: et post cetera talia discipulos dn̄i in tēplo laudātes in fine euāgelij sui cōcludit.

e Et cū fact⁹ esset ꝛc. Utraqꝫ natura christi hic aperit: ꝛ que iuxta maiestatē patri: et que iuxta fragilitatē decebat matri. Ascendit hō cū hominibus ad offerēda sacrificia: seruat legē quā seruādā impauerat: vt nos ad seruandū instrueret. Duodecēnis audit seniores ꝛ īterrogat: vt eoꝝ reprimat audaciā: qui indocti nō ad discēdū: sed ad docendū voluit sbmitti. Mox maiestatē suā apit. Cōgrue duodecimo anno prima fidei rudimenta reuelat: q̄ p duodecim apl'os p totuꝫ mūdū erāt ppagāda. Beda. Cū duodenarius multiplicatis inter se septenarij partibus ꝯstet: iure p ipm rerū ꝛ tēporū vniuersitas ꝛ pfectio designat. Et ideo recte a duodecimo anno iubar sumit exordiū: quo omnia loca vel tpa deceat occupari. Non ergo ociose īmemor phibet carnaliū parētū: sꝫ vt ondat: qꝛ anteqꝫ ipi parētes essent: ipe in ciuitate ꝛ tēplo dei paterno iure residebat.

f Et nō cognouerūt. Be. Si querit quō potuit a parētib⁹ obliuiscēdo relinqui: q̄ tāta parētū puidētia nutriebatur? Respōdēduꝫ est: qꝛ filijs isrl' ad festa cōsuetib⁹ vl' ad ppria redeuntib⁹: mos erat seorsū viros: seorsū femīas choros ducētes īcedere: pueri cuꝫ quolibet parente indifferent ire poterāt: iō mariā ꝛ ioseph vicissim putasse puerum iesū quē secū nō cernebāt: cū altero parēte reuersū. g Requirebāt eū. Metuebant ne qđ herodes in infātia eius patrare q̄sierat: tūc iam in puericia positum: inuenta oportunitate alij interficerēt: ꝛ ipi pditores illius inuenirentur. h Post triduū ꝛc. Una die reuersi sunt ab hierusalē. secūda die querunt inter cognatos: ꝛ nō inuenientes. tertia die regressi hierusalē inueniūt. Post triduū reperit in templo: vt esset indicio: qꝛ post triduū illius triūphalis passiōis ī sede celesti ꝛ honore diuino fidei nostre se resurgens ostenderet qui mortuus credebatur. Quesitus aduentus christi a patriarchis ante legem: non est inuentus. Quesitus a prophetis ꝛ iustis sub lege nō est inuentus. Quesitus sub gratia a gentilibus inuenitur.

Pater: id est ecclesia. Mater: id est synagoga. per tres legesquerunt christum: ꝛ non inueniunt nisi per euangelium.

i In medio doctorum audientem illos et interrogantem. Beda. Quasi fons medius doctorum sedet: sed quasi exemplar humilitatis prius interrogat et audit q̄ꝫ instruat: ne paruuli a senioribus doceri erubescant: ne infirmus docere audeat.

k Stupebāt āt. Ecce signū diuinitatis. Apparet ꝙ nō ob iperitie necessitatē au

---

a de illo omnibus qui expectabāt redemptionem israel. Et vt perfecerunt omnia ꝭm legem domini: reuersi sunt in galileā in ciui- [a b]
[c] tatem suam naçareth. Puer au- [c†]
(§ etate.) tem (§ corpore.) crescebat ꝛ cōfortabat (§ spiritu.) plenus sapiētia: ꝛ gratia dei erat i (§ ꝭm ꝙ homo.)
[d] illo. Et ibāt parētes eius p omnes (§ ad immolandas hostias.) annos in hierusalē in die so- [d e]
[e] lenni pasce. Et cū factus eēt an- [†]
(§ per duodecim annos significat duodecim tribus que ad christum veniunt.)
noꝝ duodecim: ascenditibus illis in hierosolymā ꝭm consuetu-
(§ qꝛ octonis ptelabat diebus.)
dinem diei festi: cōsumatisqꝫ diebus cum redirēt remansit puer [f]
[f] iesus ī hierusalēꝫ: ꝛ nō cognouerunt parētes eius. Existimātes [g]
(a § .i. inter eos qui simul fuerāt comitati.)
aūt illū esse in cōmitatu: vene- [h]
[g] rūt iter diei: ꝛ reqrebāt eū inter [†]
(§ vicinos.)
cognatos ꝛ notos. Et nō īuenientes regressi sūt in hierusalē re-
[h] qrētes eū. †Et factū ē post triduū [i]
inuenerūt illum in templo sedē-
[i] tem in medio doctoꝝ audientē [k]
(§ eos.)
[k] illos: ꝛ interrogantē. †Stupebāt [l]
autē omnes qui eum audiebāt:
(§ super responsoꝝ prudentia.)
super prudentia ꝛ responsis ei⁹. [m]
(§ hoc.) (§ maria ꝛ ioseph: vl' q̄cūqꝫ alij hoc vidētes.)
Et videntes admirati sūt. Et di- [n]
xit mater eius ad illuꝫ: Fili qđ (§ putatiue.)
fecisti nob sic? Ecce pr tu⁹ et ego
doletes querebamus te. Et ait [o p]

---

a Et vt pfecerunt oīa ꝭm legē dn̄i. s. maria ꝛ ioseph nihil omittentes: q̄ꝫuis non tenerentur. b Reuersi sūt in galileā ciuitatē suā naçareth. hic accipit galilea adiectiue: qꝛ naçareth est in terra galilee. sicut supra dictuꝫ ē de bethleem q̄ vocat ciuitas iudea. c Puer autem crescebat ꝛ confortabat ꝛc. Hic consequenter describitur pueri oblati pfectus q̄ꝫtū ad corp⁹. cū dicitur: Crescebat. ꝛ q̄ꝫtū ad animam. cū dicit: Et confortabat. Aduertendū tamē ꝙ in corpore christi fuit augmentū reale quātitatis: sed in aīa ei⁹ non fuit augmentū reale gratie ꝛ virtutis: qꝛ totā plenitudinē gratie habuit ab instanti sue cōceptionis: sꝫ q̄ꝫtū ad ostensionē in effectu magis apparebat ꝭm ꝙ ille crescebat: ꝛ ſꝫ ꝙ volebat. d Et ibāt parētes eius. tanq̄ꝫ deuoti ꝛ religiosi. e In die solēni pasce. Ter in āno debebāt oēs masculi apparere ī hirl'm corā dn̄o: ſꝫ qđ habet Exo. xxiij. s. in pasca: pentecoste: ꝛ festo tabernaculorū. sed cū illis q̄ erāt longe a hierusalē: cuiusmodi erāt galilei dispēsabat de duob⁹ vltimis fest'. f Remāsit puer iesus in hierusalē. nō a casu vel obliuiōe: sꝫ sua voluntate ꝛ ordinatiōe: vt a puericia ostēderet çelū suū circa spiritualia. g Et non cognouerunt parentes eius ꝛc. Ad solēnitatem xo pasce viri ibāt seorsum a mulierib⁹ in vno comitatu: ꝛ muleres in alio. ꝛ similiter reuertebant vt magis religiose solēniçarēt festū ab vxorib⁹ continentes: sicut ꝛ in datione legis pceptū fuit ꝙ cōtinerent p tres dies ab vxoribus suis: put habetur Exo. xix. Pueri autē īdifferenter poterant ire in comitatu viroꝝ aut mulierū: ꝛ ideo ioseph quādo nō vidit puerū iesū in comitatu virorum: existimauit eum esse cum maria in comitatu mulierum: ꝛ eodem modo maria credidit eum esse in comitatu virorum. h Uenerunt iter diei. ꝛ cum die sequenti quereretur in ista comitiua ꝛ in illa: non inuenerunt eum: ideo tertia die redierūt in hierusalem a qua recesserant per vnam dietam: et sic quarta die inuenerunt eū: ꝛ h̄ est quod subdit: i Post triduum inuenerunt illum in templo. non in theatro vel in foro vl' in ludo sicut solent pueri inueniri: sed in loco orationi ꝛ doctrīe sacre deputato. k In medio doctorum audienteꝫ illos et interrogantem. vt melius posset omnes audire et melius cum eis conferre.

l Stupebant: id est valde mirabantur:

m Super prudentia ꝛ responsis eius. quia als inauditum fuerat ꝙ puer talis etatis tam sapiēter loqueretur.

n Et dixit mater eius ad illum: fili quid fecisti nobis sic? Joseph aūt licet pater ei⁹ diceret: tn̄ nō fuit ausus illū arguere: cū firmit crederet ipm esse dei filiū: sꝫ mat ex maria dilectiōe quā habebat ad illū h̄ fecit: qꝛ amor excellēs dominiū nescit. o Dolētes q̄reba. te. i. dolētes de absētia tua: cui⁹ p̄sentia ē nobis dulcissima. p h̄ moraliter designat ꝙ xp̄s in dolore ꝯtritiōis q̄rend⁹ ē: ꝛ sic inuenit: nisi p pctm̄ a nob absentet. p Et ait ad illos: Quid est ꝙ me q̄rebatis? s. int ꝯsāguineos. q. d. magis q̄rendus sum in occupatiōe circa spūalia, iō subditur:

Nesciebatis

---

Mat. 2. b

†36. di. c. q̄ ecclesiasticis. §. ecce circa me.

† Mat. 7. d Marci. 1. c

Cessitatē audiebat:sed ad ostendendū q homo erat homines magistros humiliter audit. Ad probandū q deus eisdē loqn/tibus sublimiter respondet: diuina lingua sapientiā pdebat sed etas humanā infirmitatē pretēdebat. Unde miranť iudei et turbanť:sed nō miratur fidelis:q cū pppheta clamat: Par/uulus natus ē nobis f.d.ē n. Paruu lus factus:vt inter paruulos crescen/do ꝛ pficiendo paulatim eos ad capi enda sue virtutis arcana pueheret.

Esaie. 9.a

a Quid est q me q. Bed. Nō q eū quasi filiū querunt vitupat:sed qs sit sibi verus pater insinuat:et quid poti us debeat ei cui est eternus filius mē tis oculos attollere cogit. Quia eniz deus et homo est:nūc excelsa deitatꝭ: nunc infirma prefert hūanitatꝭ: Qua si fili⁹ dei in tēplo cōmorať:quasi fili⁹ homīs cum parentib⁹ quo iubent re/greditur. b Nesciebatis. Inuen/tus in templo dicit: In his que patris mei sunt oportet me esse. ostēdēs tem/plū nō minus ad se q ad patrē ptine/re:qꝛ quoꝝ est vna maiestas:hoꝝ etiā vna fides:ꝛ vna domus:nō solū ma/terialis sed etiā spiritualis. Alibi euz ad mysteriū mater impellit:hic mater arguiť: qꝛ adhuc q humana sunt exi/git. Sed cū h duodecim describatur annorum:ibi discipulos habere doceť: Uides matrez didicisse de filio: vt exigeret a va lidiore mysteriū:que stupebat in iuniore miraculuz. Amb. Magister veritatis officiū implet pietatis: Et miramur si de/fert honorē patri qui subdit⁹ est matri: Ista subiectio nō ē ne/cessitatis sed pietatis. Ecce qd parentib⁹ debeamus ostendit. c Et mater cōseruabat. Omnia q de dño vel a dño facta co/gnouit siue q intellexit:siue q nōdū ītelligere potuit:omnia in memoria recōdebat: vt cū dño tps pdicāde seu scribēde incar nationis eius aduenīret:sufficienter vniuersa put essent gesta posset explicare querentib⁹. Sic nos crebra factoꝝ et doctoꝝ dñi meditatione importunos cogitatus repellamus:ꝛ alios ī/struere laboremus. d Proficiebat. Beda. Sicut est car/nis etate pficere:sic est anime rationalis sapientia et gratia p ficere:nō q hoc eguerit susceptor deus:psertim cū supra plen⁹ fuisse sapientia describiť:sed qꝛ hoc p remedio nostre salutis suscipere elegit: vt cū caro ꝛ anima rationalis a deo suscipitur vtraqꝫ pariť saluareť. Grego. Iuxta hoīs naturā pficiebat sapientia:nō q ipse sapiētior tpe:q a pma ꝯceptionis hora spū sapientie plen⁹ pmanebat:sz eandē q plen⁹ erat sapientiā cete ris ex tpe paulatim demōstrabat. Iuxta hoīs naturaz pficie/bat etate:de infātia ad iuuentutē. Iuxta homīs naturā pficie bat gratia:nō q ipse nō habebat p accessū tpis accipiendo: sz pandēdo donū gratie qđ habebat apud deū ꝛ homies: Quia q̄tum pficiente etate patefaciebat dona gratie hominib⁹ q si/bi inerāt ꝛ sapiētie:tantū eos ad laudē dei excitabat p cōside/ratione ipsius sapiētie ꝛ gratie qs deus ipsi ꝯtulerat: sic ꝛ deo patri ad laudē ꝛ hominibus ad salutē pficiebat. Ecclesia/stes ait: Sapiētia mea stetit mihi. Hiero. Stetisse sapiētiā est q etiam in carne posito sibi permansit sapiētia: Qđ habet pfe/ctū in sapientia non stat ei sapientia: qui autem non recipit p/fectum:nec per momenta succrescit:sed semper in plenitudine est. iste dicere potest: stetit mihi sapiētia. Beda sup Exodū. Portat verbo virtutis sue christus omnia: ꝛ est agnus dei q tollit peccata mundi: et sacerdos in eternū: omnis sanctitatis ornatu preclarus: nō quē natus in carne per exercitiū laboris accepit: sed qui in vtero virginis incarnatus: preueniente gra tia spiritus totum simul habuit. ¶ Anno āt

a ad illos: Quid est q me quere/b batis: Nesciebatis quia in his a que pris mei sūt oportet me eē: †Et ipi non intellexerūt verbuz b
¶ cōgrua vba: vere descēdit q hūiliať sub illis.
qđ locut⁹ ē ad illos. Et descēdit c† cū eis ꝛ vēit naçareth: ꝛ erat sub d
¶ quasi sub signaculo recōdebat.
c ditus illis. Et mater eius conser e uabat omnia verba hec in corde
¶ in natura humanitatis.
d suo. †Et iesus proficiebat sapien f+ g tia et etate et gratia apud deuz et homines.

# Nico.de lyra

a Nesciebatis qꝛ ī his ꝛc. magis enī afficiebatur ad patrem naturalem ꝛ eternū q ad matrē naturalē ꝛ prēm putatiuum. b Et ipsi nō intel. vbū. qꝛ nō erāt adhuc assueti audire talia ab eo. c Et descen. cū eis. ad eoꝝ cōsolationē. d Et erat subdit⁹ illis. ad nram instructionē ꝛ supbie nostre cōfusionē. e Et mater ei⁹ cōseruabat oīa verba hec. exponať sicut. s. f Et iesus pficiebat etate. ꝛ iste pfectus erat realis inq̄tū erat a pte corporis vt pdictū est. g Et sapiētia. in christo du plex poniť sapiētia: vna diuina: ꝛ hec nō potuit augeri vel di/minui cū necessario sit infinita. alia humana: et hec poniť du/plex in christo: vna habitualis: ꝛ ista in christo non fuit aug/mentata: quia ab instāti cōceptiōis habuit tantā plenitudinē sapiētie quāta pōt ꝯferri nature hūane. alia experimētal' q ac/cipiť p opatione sensuū. Et ꝭm h dicūt aliq q in xpo fuit sapiē tia vł sciētia acq̄sita: qꝛ intellect⁹ agēs in xpo fuit eiusdē natu re cū alijs hominib⁹: ꝛ iō cū nō sit ponēd⁹ ociosus in eo habu it opationē abstrahēdi spēs ītelligibi/les a fātasmatib⁹: ꝛ iste species recipie/bāť in intellectu possibili ipsi⁹: ꝛ sic pfe cit in tali sapiētia seu scientia accepta a sensibilib⁹. Alij vo dicūt q nō pfecit ī tali sciētia q̄tū ad habitū: qꝛ duo habi tus eiusdē rōnis nō pñt esse siť in codez intellectu. talis aūt sciētia acquisita nō videť esse alteri⁹ rōnis q īfusa circa idē obiectū: sicut ocul⁹ miraculose dat⁹ est eiusdē ratiōis omnino cū oculo dato vł generato per naturā: nec tñ ppť hoc in tellect⁹ agēs in xpo fuit ociosus: qꝛ nō solū in abstractiōe specieꝝ intelligibili/um necessaria est opatio intellect⁹ agē/tis: ꝭ etiā in ꝯsideratiōe ꝭm habitū sciē tie iā pri⁹ acq̄site: in q cōsideratiōe non abstrahit de nouo species. Si aūt ꝯside reť sapiā xpi q̄tū ad ostensionē in effe/ctu sic fuit ibi pfectus qdāmodo īq̄tū sapiētiā suā nō tm hūanā: sed etiā diui/nā magis oñdebat ꝭm suū bñplacitū: ꝛ put nr̄e saluti expediebat: sicut dictū est. s. de pfectu ipsius in gratia ꝛ virtute.

†J.18.f

†1.Reg.1.c

# Moraliter

Ca. II

Factum est autez ꝛc. Sequitur: g† Ascendit aūt ꝛ io. ꝛc. Per mariā eccl'ia designať. ꝛ p io/seph spōsū ei⁹. epus ppť qđ anulū habet sic spōsus: ꝛ sic ma/ria fecūdata fuit: nō tñ a ioseph spōso: ꝭ a spūsctō: sic ꝛ eccl'ia fecūditatē gr̄e habet a deo. Ascēdūt aūt in bethleē ciuitatem suā. s. celestē. bethleem enī dom⁹ panis interptať: ꝛ in celesti ciuitate panis viuus in ppria specie degustatur ꝛ pfiteť oīm impatori se seruire. d† Et pepit filiū suū ꝛc. Eccl'ia vo fi/liū parit in qlibet bōa psona: qñ bonū pri⁹ ꝯceptū pducit ad effectū. ꝛ pānis inuoluit qñ ab hūanis laudib⁹ h abscōdit. et in psepio reclinat: qñ ex ope bono nō eleuať sz se magis hūi/liat. h† Et pastores erāt in re. ea. ꝛc. hi sūt boni plati ꝛ cu/rati q vigilāt sup ppriā vitā ne delinquāt ꝛ custodiūt vigili/as noctis sup gregē suū ne lupoꝝ infernaliū morsib⁹ pereāt. ꝛ iuxta illos stat angel⁹ ad eoꝝ custodiā: et claritas dei cir/cūfulget illos ad suā et subditoꝝ directionē ꝛ timēt timore fi/liali. ppter qđ eis dr: n† Natus ē vobis ho. sal. q timēti/b⁹ deū spūaliter nasciť p gratie sue īfluxū: Malach. iiij. Orie/tur vobis timentibus nomen meū sol iusticie. b† Et subi/to facta est cū angelo multitudo ꝛc. Beda. Uno angelo euā/geliçante natum in carne deum: mox multitudo militie cele/stis in laudem prumpit creatoris: vt et christo deuotionē im/pendāt: ꝛ suo nos instruāt exemplo quotiens aliquis fratrū sacre eruditionis verbū insonuerit. vel ipsi que pietatis sunt ad mentem reduxerimus deo statim laudes: corde: ore ꝛ ope re reddamus. † Pastores loquebantur ad inuicem. nā de reuelationibus angelicis loqui debent pastores ecclesie: q continentur in sacra scriptura. propter quod subditur: h† Transeamus vsqꝫ bethleem ꝛc. que domus panis inter pretatur: ideo per eā sacra scriptura significatur. nā in ea dei verba que sunt panes vite cōtinenť: ꝛ sic in bethleem transi/re est sacram scripturā diligenť studere. † Et videam⁹ hoc verbū ꝛc. nam in ea videť vbū caro factū. k† Et venerūt festināntes. i. cū desiderio studēdi. l† Et inuenerūt mariā ꝛ ioseph. Per mariā que interpretatur amarū mare. significať amaritudo penitētie: ꝛ per ioseph qui interpretať accrescens. significať augmētū virtutis et gratie. ꝛ ad hec duo īducit stu/diū sacre scripture. † Et infantē positū in psepio. quod est maximum mirabile. cū dicat Hiere. xxiij. Celum et terrā ego impleo. n† Et omnes qui audierunt ꝛc. Pastores enī ec/clesie et doctores debent alijs cōmunicare que didicerūt ab angelis: id est per studium sacre scripture per sanctos an/gelos reuelate. a† Et reuersi sunt pastores ꝛc. nam docto/res ecclesie post alioꝝ doctrinā debēt ad ꝯsiderandū ppriam cōscientiā reuerti ꝛ laudare bonitatē dei. c† Et postq ꝯsū/mati sūt dies ꝛc. puer. cui debem⁹ ꝯformari nō circūcisiōe car/nis ꝭ mētis: Ro. ij. Nō q in manifesto iude⁹ ē neqꝫ q in mani/festo in carne ē circūcisio: sed q in abscōdito iude⁹ ē ꝛ circūci/sio cordis in spū nō littera: cui⁹ laus nō ex hoīb⁹ ꝭ ex deo est.

Uocatū ē

b† Vocatū est nomen eius iesus.i.salus:q2 fecit salutē ī medio terre.ideo dicit Bern.d̄ hoc nomine:qđ est mel in ore:melos in aure:iubilꝰ in corde. c† Et postq̃ȝ impleti sunt dies purgationis marie vt pa.⁊c̄.Beda.Post tricesimū aūt ⁊ tertium circumcisiōis diē domino sistitur insinuans mystice neminem nisi circūcisum vitijs domini dignum esse cōspectibꝰ. neminē nisi mortalitatis nexibꝰ absolutū supne ciuitatis gaudia ꝑfecte posse subire.per hoc etiā ostendit ꝙ christianus debet a vitijs circumcidi:⁊ tūc per deuotionē apparere in ꝯspectu dei ⁊ offerre par turtuꝝ.i.castitatē mentis ⁊ corporis.⁊ duos pullos columbarū.i.multiplicationem opeꝝ bonorum:eo ꝙ colūbe sunt aues in prole fecunde. d† Et ecce homo erat in hierusalem ⁊c̄.Symeon qui obediens interpretatur bonum religiosum significat:⁊ hic manet in hierusalem: que interpretat̄ pacifica:quia manet in pace interna ⁊ fraterna:⁊ bene dicitur iustus.s.ad proximū:et timoratus ad deum.expectans consolationem israel.i.diuine visionis:eo ꝙ israel interpretatur videns deum:et spiritussanctus est in eo per sue gratie beneficiū. m † Et cum inducerent puerum iesum parentes eius.pater eniȝ auctoritatiue:et mater impetratiue inducunt iesum vt detur deuotis dulciter amplexandum:⁊ sic cū symeone de tanto beneficio benedicunt dn̄m ⁊ desiderant exire de mundo vt eis detur ad perfecte fruendum:sicut ⁊ Paulus dicebat Phil.j. desiderium habens dissolui et esse cum christo. l† Et erat anna ꝓphetissa ⁊c̄.Ista moꝝ est exemplar nō solum viduis:sȝ etiam mulieribus alijs.Primo q̃ȝtum ad castitatem ante matrimonium ⁊ in matrimonio ⁊ post per tempus longū.Secundo q̃ȝtum ad deuotionem:nam in obsecrationibus ⁊ ieiunijs dicitur hic seruiens die ac nocte.Tertio q̃ȝtū ad loquendi modestiam:quia non de fabulis:sed de christi mysterijs loquebatur:ꝓpter que ⁊ alia bona dono ꝓphetice replebat̄. a† Puer autē crescebat ⁊c̄.s.ꝺm corpus.nā ꝺm animā ab instanti cōceptionis fuit totaliter ꝑfectus.sed hanc perfectionē nō ostendebat nisi ꝓut conuenientia tp̄is exigebat:ꝺȝ illđ Eccl's.viij. Tempus ⁊ responsionē cor sapiētis intelliget:⁊ in hoc litteratis et sapientibus dedit exemplū vt non ostendāt sapīam suā: nisi ꝺm loci ⁊ tp̄is oportunitatē. † Et cum factus esset iesus annorum duodecim ⁊c̄.per hoc ostendit ꝙ a pueritia debent assuefieri homines ad diuīa.⁊ ad idem facit ꝙ alijs recedentibꝰ in loco diuini cultꝰ remāsit. † Et requirebāt eum inter cognatos ⁊ notos:⁊ non inuenientes ⁊c̄. ꝑ hoc ostendit̄ ꝙ spiritualiter non īuenit̄ ī carnali societate:sed in templo qđ est locus orationis et sacre doctrine.per hoc aūt ꝙ inuentꝰ fuit post triduum:significatur ꝙ post triduū cōtritionis:cōfessionis et satisfactionis a fidelibus spiritualiter inuenit̄.

b† Et descendit cum eis et venit naçareth ⁊ erat subditꝰ ill'. ex hoc arguit̄ humana sup̄bia que frequēter renuit subijci superioribꝰ suis. e† Et iesus ꝓficiebat etate ⁊ sapiē. ⁊c̄.exponat̄ vt supra.

In ca.ij.vbi dicitur in postilla:Quia duo habitus eiusdeȝ rationis non possent esse simul ⁊c̄.

**Additio.** Habitꝰ sciētie infuse non est idem specie habitui scientie acquisite: licet sint de eodē et circa idē obiectū.cuiꝰ ratio est:Nā habitꝰ nō solū distinguuntur ꝺm naturā aut obiecta:sȝ etiā ꝺm p̄ncipia actiua taliū habituū seu dispositionū:ꝓut habetur in prima sc̄de.q.liiij.arti.ij.in cor.q̄stionis.Et inde est ꝙ habitꝰ scientiarū diuersificantur nō solū ꝺm diuersitatem obiectoꝝ:sed etiā ꝺm diuersa media quibus demonstrant̄ cōclusiones ipsarū scientiarū: sic habitus sciētie astrologie de rotunditate terre:qui demōstrat̄ ꝑ media mathematica est alius ab habitu sciētie natural':⁊ đ eadē rotūditate terre q̄ demonstrat̄ ꝑ mediū naturale. Vn̄ licet ꝯclusio demōstrata ꝑ vtrāq; p̄dictaꝝ sciētiaꝝ circa h̄ sit eadē. habitꝰ tn̄ scientie talis cōclusionis diuersificant̄ specie ꝺm diūsitatē harū scientiaꝝ ꝓut habet̄ ꝑte.ij.q.allegata. Cū igit̄ p̄ncipiū actiuū habitꝰ sciētie acq̄site sit lumē naturale intellectus agentis:p̄ncipiū ꝟo actiuū habitꝰ scientie infuse sit lumē supnaturale.sequit̄ ꝙ tales duo habitꝰ sunt diuersarū rationū:et sic possunt esse simul in eodē intellectu.Nec est simile de oculo miraculose facto ⁊c̄.ꝓut dic̄ postillator.Nā res naturales distinguuntur specie ꝺm p̄ncipia intrinseca tm̄:p̄cipue ꝺȝ formā nō aūt ꝺm p̄ncipia extrinseca:sicut ē p̄ncipiū efficiēs. Ignis eī generatꝰ ex alio igne idē est specie igni generato ex reflectione solariū radioꝝ:eo ꝙ forma specifica vtriusq; ignis ē eadē specie:licet cā efficiēs sit diuersa.In habitibꝰ aūt diuersitas specifica accipit̄ etiā ꝺȝ principiū extrinsecū vt est p̄ncipiū efficiēs: sicut etiā diuersificatur ꝺm obiectū qđ est extrinsecū.vn̄ credēdum est ꝙ christus profecit in scientia acquisita:scilicet experimentali:non solum q̃ȝtum ad actū sed etiam q̃ȝtum ad habitum:sȝ hec est opinio quā sctūs Tho. veriorē esse asserit in hac materia tertia ꝑte.q.xij.arti.ij.in cor.q.Que quidē opinio magis cōsonat lr̄e:testatur eni euāgelista ꝙ xp̄s ꝓfecit sapiētia.Cū igit̄ quelibet sapientia ꝓprie dicta est habitꝰ:sequitur ꝙ ꝓfecit in habitu sapientiali. Similiter p̄dicta opinio ē magis cōsona rationi.Nā nō solū est incōueniēs dicere ꝙ intellectꝰ agēs in xp̄o esset ociosus:sȝ etiā si xp̄o deesset aliq̄ naturalis actio intelligibilis humāe nature ꝑtinēs:sicut ē actio abstractionis intellectualis que maxime pertinet ad humanum intellectum.

a Et nũc sup hec oĩa tertia dies est hodie. q̃ p̃dixit se resurgere: ⁊ tñ adhuc nõ apparuit discipul': licet tertia dies sit ꝓpe finẽ. sic dr̃. j. Aduesperascit ⁊ icliata est iã dies. b Sꝫ ⁊ mulie. q̃daꝫ ex no. ter. nos. nõ de resurrectiõe xp̃i quã nũciabãt: sꝫ de ablatiõe corꝑis ei⁹ quã discipuli timebãt. c Dicẽtes se etiã ⁊c. sed discipuli nõ cre/debãt plene: timẽtes ne tã q̃ꝫ mulieres de facili fuissent deluse. d Et abierũt q̃dã ⁊c. s. petr⁹ ⁊ iohannes: vt supra dictum est. ⁊ ita inuenerũt sicut mulieres dixerũt: nõ q̃ꝫtũ ad visionẽ angeloruꝫ seu auditionẽ verboꝝ ab ipsis: sed qꝛ ĩuenerũt sepulchrũ vacuũ corpe: ⁊ sola lintheamina remãsis/se. ideo subdit: Jp̃m Ꝟo nõ inuenerũt. e Et ipse dixit ad eos. ex r̃nsione eoꝝ ar/guẽs eos. g O stulti. ꝓpter cecitatẽ in/tellect⁹. h Et tardi cor. ꝓpter tardita/tẽ affect⁹. i Ad credendũ in oĩb⁹ ⁊c. de xp̃i morte ⁊ resurrectiõe: q̃s scripturas de/bebãt itelligere: maxime qꝛ fuerãt cũ xp̃o qui discipulis de talib⁹ loquebat. k Nõne oportuit pati xp̃m ⁊c. tũ ꝓpter patris p̃ordinationẽ. tũ etiã ꝓpter xp̃i ex/altationẽ. tũ ꝓpter humanã redẽptioneꝫ. tũ ꝓpter scripturarũ impletionẽ. ideo sub/ditur: l Et incipiẽs a moyse ⁊ oĩb⁹ ꝓ/phe. ⁊c. nõ ꝙ oẽs scripturas q̃ de xp̃o sũt explicaret: qꝛ in tã breui tpe nõ fieret: sed explicabat tantũ quantũ sufficiebat ad ꝓ/positũ ostendendũ. ⁊ idõ li omnib⁹ nõ facit distributionẽ ꝓ singulis generũ: sed ꝓ ge/neribus singulorum. sicut dicit: Oẽ ani/mal fuit in arca noe. qꝛ de qualibet specie animaliũ fuerunt ibi aliqua indiuidua. ⁊ sic xp̃s in ꝓposito de lege ⁊ ꝓphetis ⁊ agi/ographis induxit aliqua testimonia. m Et ipse finxit se longi⁹ ire. nõ fuit ibi aliqua falsitas: quia fuit talis fictio ad de/signandum veritatẽ. s. distantiam ei⁹ a cor/dibus eoꝝ ꝓpter fidei defectũ. tales enim apparitiones vt cõmuniter fiunt ẜm dispo/sitionẽ interiorẽ illoꝝ q̃bus fiunt. n Et coegerunt illũ. i. obnixe rogauerũt deside/rãtes adhuc audire illũ. o Et intrauit cũ illis. qꝛ per dictũ desideriũ disponebã/tur ad fidei cõplementũ. p Et factum est. Hic ɔñr describitur xp̃i apparẽtis co/gnitio. cũ dicit: q Accepit panẽ ⁊ be/nedixit ac fregit ⁊ porrigebat illis. sic con/sueuerat facere ante passionẽ. sic enim frã/gebat panẽ ac si scinderetur cũ cultello. r Et aperti sunt oculi eoꝝ. quia volun/tarie se eis ostendit in effigie qua erat co/gnoscibilis ab eis. ⁊ cũ hoc cognouerunt eũ per modum fractiõis panis. s Et ipse euanuit ex oculis eorum. ostendẽs di/scipulis ꝙ habebat corpus gloriosum. qδ subito põt disparere per dotẽ agilitatis. t Et surgentes eadẽ hora regressi sũt in hierusalem. Quis enĩ iã esset tarde: vt pa/tet ex predictis: tamẽ ex fidei feruore: ⁊ re/moto iudeorũ timore statĩ regressi sunt in hierusalem ad illos discipulos qui erant exclusi propter metum iudeorum: vt habe/tur Joh. xx. ad nunciãdũ eis christi resur/rectionẽ. ideo subdit. v Et inuenerũt cõgregatos vndecim. qꝛ adhuc Thomas erat cũ alijs. x Dicẽtes ꝙ surrexit do/minus vere ⁊ apparuit simoni. qñ aũt ista apparitio fuerit nõ legit expresse: sed tunc creditur fuisse facta qñ Petr⁹ cucurrerat ad monumentum ⁊ viderat lintheamina posita: abijt mirãs secuꝫ qδ factum fuerat: vt dictũ est supra. y Et ipsi narrabãt. appa/ritionem eis factã ꝓut descripta est per ordinẽ. tñ nec istis nec ali/is Thomas credidit: sed ꝑ aliqδ spaciũ ab alijs discessit. ⁊ tũc ip̃o absente facta est ista apparitio q̃ sequit: z Dũ aũt hec lo. Hic describit tertia apparitio facta oĩb⁹ p̃ter Thomã. cũ dr̃: a Ste/tit iesus in medio eoꝝ. subito eĩ int discipl'os apparuit: qꝛ ad eos ianuis clausis intrauit: vt habetur Joh. xx.

Ego sum

cas dicat istos duos inuenisse vndecim ꝯgregatos: ⁊ eos q̇ cū eis erant: intelligendū est ꝙ Thomas inde exiisset: ⁊ anteꝗ̄ dn̄s eis hoc loquentibus appareret. a Spiritū videre ⁊c̄. Nouerāt discipli fuisse veꝝ hominē: sed postꝗ̄ mortu⁹ est: nō credūt tertio die potuisse veram carnē de sepulchro resurgere. Putant ḡ se videre spm̄: quē emisit in passione: sed hunc errorem aufert dn̄s. b Quid turbati estis. Credebant apl̄i: sed tñ turbant̄. Prīo q̄ paucoꝝ opinionē sentētia maioris partis excludit. Deniq̄ q̄ petrus ⁊ si crederet resuscitatū: turbari potuit ꝙ clausis ianuis dn̄s cū corpore suo se improuisus infuderit. c Cogitatiōes ascendūt. False nō desuꝑ descēdētes: sed sic̄ mala herba in corde ascēdentes fidē quā in vobis plantaui exigo: qḋ ex vobis ortū est ꝯdēno si nō est veritas resurrectiōis: ꝑditus est fruct⁹ passionis. d Palpate ⁊ vi. Multis documentis ꝑsuadet resurrectionē ꝓbēdo se: ⁊ oculis videndū: ⁊ māib⁹ ꝯtrectādū. Qui dum palpādo ossa carneq̄ mōstrat: statū sue vel nr̄e resurrectionis signat in q̄ corp⁹ nostrū: ⁊ subtile erit ꝑ effectum spūalis potētie: ⁊ palpabile ꝑ veritatē nature.

Post resurrectionē dn̄s in corꝑe suo duo contraria ondit: ⁊ palpabile eiusdē nature vt informet ad fidē: ⁊ īcorruptibile alteri⁹ glorie: vt inuitet ad premiū. e Ostēdit eis ⁊c̄. Ut ostensa vulnerū cicatrice infidelitatis vuln⁹ sanaret: q̄s cicatrices ⁊ tūc seruauit: ⁊ ī iudicio seruatur⁹ ē. Primo ad fidē resurrectiōis instruēdā. Deinde vt prī ꝓ nobis supplicans: q̄le genus mortis ꝓ hoie ꝑtulerit sp̄ ondat. Tertio: vt sua morte redēptis q̄ꝫ misericordit̄ sint adiuti: ꝓposit̄ eiusdem mort̄ insinuat iudiciis. Sed postremo: vt ī iudicio q̄ꝫ iuste dānent̄ impii denunciet: ostensa quā ab illis accepit cicatrice. Nō ergo ex impotentia curādi cicatrices seruauit: sed vt ꝑpetuū victorie sue circūferat triūphum. f Habetis hic aliq̄d. Ad insinuandā veritatē resurrectiōis: nō solū tangi sed cōuesci voluit: nō ꝙ vel ip̄e vel nos post resurrectionē cibo debeam⁹ indigere: sed vt corp⁹ nō spm̄ esse manifestaret: manducauit ptāte: nō necessitate. Aliter absorbet aquam terra sitiens. aliter solis radius calēs. Illa indigentia. iste potētia. g Piscis assi. Pisc̄ assus: ip̄e mediator passus: in aq̄s hūani generis capt⁹ laqueo mort̄: assat⁹ tp̄e passiōis. Ip̄e ⁊ fauus mellis nobis ē in resurrectiōe. Fauus mellis in cera. i. diuinitas in hūanitate. in hui⁹ mellis comestione signatur: q̄ illos in corꝑe suo ad eternā quietē suscipit: q̇ cū tribulatiōes pro deo sentiūt: ab amore interne dulcedinis n̄ recedūt. Qui hic assant̄ illic vera dulcedine satiabūtur. h Et cū māducasset. Oēs ambages aufert: visus est: tact⁹ est. manducauit: ⁊ ne in aliq̄ sensus hūanos lucidificasse videret̄: mittit manus ad scripturas: vt et si magic̄ artib⁹ videat̄ potuisse qḋ voluit: sicut dicūt pagani: saltē videāt ꝓphetare nō potuisse anteꝗ̄ nat⁹ fuit. i Tūc aperuit. Post visum: post cōtactū: post cōmemoratā legē aperuit sensū: vt qḋ vidēt ⁊ legūt intelligant. Deinde post sui corꝑis cōmēdatā veritatē cōmēdat eccl̄ie vnitatē: ⁊ ꝑdicari in noīe ei⁹ penitentiā ⁊c̄. Oportebat xp̄m pati. Oportebat vt ministri q̄ pniam ⁊ remissionē erāt ꝑdicaturi in om̄es gētes: incipent ab hierosolymis. Nō solū q̄ illis credita sunt eloq̄a dei: ⁊ q̄ eoꝝ ē adoptio filioꝝ ⁊ gloria ⁊ testamēta ⁊ legislatio: sed iō etiā vt gentes variis erroribus ⁊ facinorib⁹ implicite: h̄ maxīe indicio dīne pietat̄ ad spem venie ꝓuocent̄: ꝙ eis qui filiū dei crucifixerūt: venia relaxat̄. k Uos aūt se. Postꝗ̄ discipulos de v̄tute predicatiōis ꝑfecte instruxit: cū repēte si vellet posset eos roborare. distulit dicēs: Uos aūt sedete ī ciuitate: vt exemplū seq̄ntib⁹ daret: ne imꝑfecti predicare añ tp̄s presumāt. In ciuitate sedet: q̇ intra mētis claustra se ꝯstringit: ne loq̄ndo exterī⁹ euaget̄: vt cū diuina v̄tute ꝑfecte fuerit indut⁹ tunc q̄si a seip̄o foras exeat: alios īstruendo. l Eduxit aūt eos. Pretermissis oīb⁹ q̄ ꝑ q̄draginta dies gesta sunt: ꝑmo resurrectiōis diei tacite ꝯiūgit nouissimū q̇ ascēdit in celū. Et pulchre bn̄dictur⁹ discipulos: educit in bethaniā q̄ dom⁹ obedientie dicit̄: q̄ q̇ ꝓpter inobedientiam ꝑuersoꝝ descēdit: ꝓpter obedientiam cōuersoꝝ ascendit. Et q̄ eadē villa in latere mōtis oliueti est posita: q̄ obediētes eccl̄ie domus apostolico digna hospitio: nō alibi q̄ꝫ in latere ⸿summi mon

vobis. Ego sū: nolite timere. Cōturbati v̄o ⁊ ꝯterriti: existimabāt
⸿ non carnem.
se spm̄ videre. Et dixit eis: Quid turbati estis: ⁊ cogitatiōes ascendūt in corda vr̄a? Uidete manus meas ⁊ pedes: q̄ egoip̄e sū. Palpate ⁊ videte: q̄ spūs carnē ⁊ ossa non habꝫ: sicut me videtis habere. Et cum hec dixisset: ostēdit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autē illis nō credentibus ⁊ mirantib⁹ pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid qḋ manducetur? At illi obtulerūt ei partē piscis assi ⁊ fauū mellis. Et cū manducasset coram eis: sumens reliq̄s dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc
⸿ in eadem mortali carne.
essem vobiscū: quoniam necesse
⸿ .s. hec verba.
est impleri omnia que scripta sūt in lege moysi ⁊ ꝓphet̄ ⁊ psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Et dixit eis: †Quoniā sic scriptū ē: ⁊ sic oportebat christum pati: ⁊ resurgere a mortuis die tertia: ⁊ ꝑdicare in nomine ei⁹ penitentiā et re-
⸿ nō ī vna tm̄ gēte iudeoꝝ: vl̄ in aliq̄ pte t̄rarū.
missionē peccatorum in omnes gentes: incipiētibus ab hieroso-
⸿ q̇ vidistis ⁊ audist̄. ⸿ q̄ ꝑdicāda sunt.
lyma. Uos aūt estis testes hoꝝ.
⸿ vt sufficiatis ad testandū mittā vobis auxiliū.
⸿ spūssancti gratiam.
†Et ego mittā promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoadusq̄ induamini virtute ex alto. Eduxit āt eos fo-

a Ego sum. nō res fantastica seu illusio diabolica. b Cōturbati v̄o. Hic ꝯn̄r describit̄ resurrectionis ꝓbatio: ꝑ h̄ ꝙ ondit se veꝝ hoīem ⁊ veruꝫ deū: ⁊ s̄m hūanitatē vere suscitatū: vt patebit ꝓsequēdo. c Existimabāt se spm̄ videre. dīna enī ꝓuidētia ꝑmissi sunt dubitare ad maiorē certificationē fidei de dn̄ica resurrectiōe. d Uidete man⁹ m. ⁊ pe. meos. ꝑ cicatrices clauorū ibi remanētes: ostendit ꝙ erat idē corp⁹ nūero. e Palpate ⁊ videte. Per hoc enī ondebat̄ hr̄e corp⁹ veruꝫ ⁊ nō fantasticū. f Habetis h̄ ali. q. manducet̄. ꝑ comestionē enī ondit se hr̄e corpus viuū aīa vegetatiua aīatū. g Hec sunt v̄ba. ꝑ h̄ ꝙ loq̄bat̄ sensibilit̄ ⁊ etiā rōnabilit̄: reducens ad memoriā q̄ eis dixerat añ mortē suā: ondit se hr̄e corpus aīatū aīa sensitiua ⁊ intellectiua: ⁊ eadē qua prius. h Tūc aꝑuit ill̄ sensū ⁊c̄. sicut ꝑ precedentia ꝓbauit veritatē sue resurrectionis q̄ꝫtū ad hūanitatē: sic ꝑ h̄ illā ꝓbauit q̄ꝫtū ad deitatē: q̄ illumīare mētes ignorantiū intellectū sacre scripture ⁊ subito ē ip̄i⁹ deitat̄ ꝓpriū. et iō subdit̄: i Et sic opor. xp̄m pa. ⁊ resur. q̄ sicut añ passionem declarauit se esse veꝝ deū ⁊ hoīem. ita etiā post resurrectionē suā. Resurrectio enī v̄a est eiusdē ī numero iterata surrectio. k Et ꝑdicare in no. ei⁹ pe. ⁊ re. pec. in o. gē. inci. ab hierosolyma. Hierusalē enī est ī medio terre habitabil̄: q̄ est in q̄rto climate. ⁊ iō ab illo loco ꝯuenient̄ incepit ꝑdicatio euāgelii: vt ꝑ apl̄os xp̄i aliosq̄ discipulos circūquaq̄ ꝑ orbem dispsos: in oēm terrā exiret son⁹ ꝑdicatiōis eoꝝ: s̄m ꝙ fuerat ꝑdictū Psal. xviii. l Uos aūt testes estis hoꝝ. s. supi⁹ descriptorū q̄ꝫtū ad christi incarnationē: predicationē: passionē ⁊ resurrectionē. n Et ego mitto. i. mittā de ꝓpinquo. n Promissū patris mei in vos. s. spm̄sctm̄ in signo visibili ad ꝑdicandū ꝯstanter vbiq̄ veritatē euāgelii. o Uos aūt sedete in ciuitate. Postꝗ̄ euāgelista descripsit xp̄i resurrectionē: hic vltio describit ei⁹ ascēsionē. Circa qḋ sciendū ꝙ in die ascēsionis xp̄s bis apparuit discipulis suis. Prīo in ciuitate hierusalē discipul̄ comedētib⁹. quā describit Lucas pleni⁹ Act̄. i. c. ⁊ tūc dicit eis ꝙ nō discederent ab hierosolymis: sꝫ expectarēt ꝓmissū pr̄is. ⁊ h̄ repetit̄ breuit̄ cū dr̄: Uos aūt sedete in ciuitate q̄adusq̄ induamini virtute ex alto. q. d. Non estis sufficiētes ad ꝑdicādū ꝯstāter v̄itatē euāgelii: donec ꝯfirmati fueritis ꝑ donū spūssancti. ⁊ tūc precepit discipul̄ suis vt exirēt de ciuitate in montē oliueti vt inde viderēt eum ascēdentē in celū. ⁊ hoc est qḋ dr̄: p Eduxit aūt eos foras ī bethaniā. i. versus bethaniā: q̄ mons oliueti ad quē exierunt est extra hierl̄m in via eundi v̄sus bethaniā: ⁊ bethania est

† Act. 17. a

† Act. 1. a

summi montis.i.christi: fundamēta fidei: spei ⁊ charitatis locauit. de quo latere sacramentū sanguinis ⁊ aque q̄b⁹ nascat̄ ⁊ nutriatur gaudet emanasse. De cui⁹ vertice.i.deitate: spūalis vnctionis munera desiderat: lucis ⁊ pacis promissa expectat. Deinde: q̄ꝛ bethania iuxta hierusalē q̄si stadijs q̄ndecim erat. Iste numer⁹ ꝓpter septē et octo: q̄bus ꝯstat scripturaꝝ mysterijs accōmodus: vel vitā que nūc est ⁊ futurā: vel vet⁹ ⁊ nouū testamētū: vel sabbatum aīaꝝ in futuro: ⁊ carnis resurrectionē ꝯtinet. Et iō q̄bus vtriusq̄ testamēti sciam aperuit: q̄s oēm viuēdi ⁊ sperandi regulā edocuit: eos q̄ndecim stadijs in locū q̄ eis benediceret: ⁊ p̄cepta docēdi traderet eduxit. Recte q̄ndecim stadijs locū ascensiōis a loco passionis secreuit: vt oēs pro se vel mori vel viuere cupiētes: ⁊ pmuz quiescēdi post mortē: et in fine a mortuis resuscitādi: desiderio parit̄ ⁊ amore firmaret. a In templo ⁊c. Ut in loco orōnis inter laudū deuotiōes: ꝓmissum sanctispūs aduentū paratis: ꝑ omnia cordib⁹ expectēt. Sic nos post celebrata in hierosolymis.i. visione pac̄: passionis ⁊ resurrectionis solēnia. dn̄o duce petam⁹ bethaniā: vt mente quieta: corꝑis ⁊ sanguinis ei⁹ sacris imbuamur: et dom⁹ obedientie esse curem⁹: q̄ꝛ sicut quotidiana ei⁹ benedictiōe sublimamur: quotidie triūphalis ascēsionis memores: laudātes ⁊ benedicentes deū in hierl'm.i. sperata pacis visione quiescimus: similes hoībus expectantib⁹ dn̄m suum: quādo reuertatur a nuptijs. b Laudātes ⁊ benedicētes deū. Lucas. qui sacerdotiū christi ceteris ampli⁹ exponendū suscepit: ⁊ ideo euangeliū suū a ministerio templi ꝑ sacerdotiū çacharie cepit: pulchre hoc in templi deuotione cōpleuit: cū apostolos ibi ministros: sc̄z noui sacerdotij futuros: nō in victimarū sanguine: sed in laude dei ⁊ bn̄dictiōe ꝯcludit. Finit expositio Luce.

ras in bethaniā: ⁊ eleuatis manibus suis benedixit eis. † Et factū est dum benediceret illis recessit ab eis ⁊ ferebatur in cęlū. Et ipsi

a ❡ vbi ꝓmissionē patrie iussi sunt expectare.

adorantes: regressi sunt in hierusalem

a ❡ quia dominum post triumphum resurrectionis etiam celos penetrare vident.

salem cū gaudio magno: et erāt semꝑ in templo laudantes ⁊ benedicentes deum.

Finit euāgeliū ſm Lucam:

## Nico. de lyra

nia est prope montē oliueti sita: ⁊ ibi secūdo apparuit discipulis in die ascēsionis: q̄ꝛ postq̄ apparuerat illis in ciuitate ⁊ dixerat q̄ irent ī montē oliueti disparuit ab illis. ⁊ cū venissent ad montē oliueti iterum eis apparuit. Octo enim vicib⁹ alijs apparuerat post resurrectionē suā: vt declaratuz fuit Matth. xxviij. a Et eleuatis ocu. in ce. vbi volebat ascēdere. b Benedixit eis.i. discipulis suis. c Recessit ab eis. p̄sentia corporali. d Et ferebat̄ in celū. ꝓprio motu per dotem agilitatis. Nubes tamē ⁊ angeli apparuerunt ad ei⁹ obsequium: vt habet̄ Act'.j. e Et ipsi adorātes. xp̄m ascendentem q̄diu potuerunt videre eū. f Regressi sunt in hierusalem. postq̄ ꝑdiderūt eius aspectū. g Cū gaudio magno. q̄ꝛ omnia mysteria erant impleta in xp̄o. h Et erant semꝑ in templo laudantes ⁊c. Theophilus expositor refert h̄ ad tempus qđ fuit inter ascensionē dn̄i ⁊ pentecosten dicens: q̄ licet apl'i ⁊ alij christi discipuli ante ascensionē xp̄i starēt inclusi ꝓpter metū iudeoꝝ: ex ascensiōe tn̄ eius cōfortati exibāt ad templū causa orōnis: licet nōdū accepissent spm̄sctm̄ in signo visibili. Alij aūt expositores referūt hoc ad tp̄s post pentecosten. in quo apl'i spūsctō ꝯfortati abiecerūt a se metum iudeoꝝ. Dicūt enim q̄ apl'i stabant in hierl'm q̄si reclusi in oratione positi q̄usq̄ reciꝑent grāz spūssancti eis a xp̄o ꝓmissaz. ⁊ hoc videt̄ magis ꝯcordare ei qđ d̄ꝛ Act'.j. Tunc reuersi sūt in hierusalē a monte q̄ vocat̄ oliueti ⁊c. ⁊ seq̄tur: Et cū introissent in cenaculuz ascēdebant in suꝑiora: vbi manebāt petr⁹ ⁊ iohannes ⁊c. ⁊ subdit̄ post: Hi oēs erant ꝑseuerātes vnanimiter in orōne cū mulierib⁹ ⁊ maria matre iesu ⁊ fratrib⁹ ei⁹. In eodē loco receperūt spm̄sctm̄ in die pentecostes: vt habet̄ Act'.ij. ⁊ ex tunc relicto timore iudeoꝝ ꝯfitebantur ⁊ predicabant publice christū ⁊ ibant causa deuotionis ad templuz. ſm q̄ hic d̄ꝛ: Et erant semꝑ.i. cōmuniter vel frequēter. i In templo laudantes ⁊ benedicētes deum. Cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen. Ca. XXIIII

**Moraliter.** e† Una autem sabbati ⁊c. Beda. Iuxta intellectum vero mysticum ꝑ hoc q̄ mulieres valde diluculo veniunt ad monumentū: datur nobis exemplum discussis vitioꝝ tenebris ad dn̄i corpus accedere. nam ⁊ sepulchrū illud figuram dn̄ici habebat altaris in quo corporis mysteria nō in serico nō in panno tincto: sed instar

sed instar syndonis qua eum Ioseph inuoluit in lintheo puro debent ꝯsecrari. vt sicut ip̄e veram terrene nature substantiā morti ꝓ nob̄ obtulit: ita ⁊ nos ī cōmemoratione ip̄ius purum de terre germine candidūq̄ ⁊ multimodo quasi mortificationis genere castigatū linum apponamus. Aromata autē que mulieres deferunt significāt odorem virtutū ⁊ orationū suauitatē quibus altari appropinquare debemus. Reuolutio autē lapidis insinuat reserationē sacramētoꝝ que tegebantur velamine littere legis q̄ in lapide scripta fuit: cui⁹ ablato tegmine corp⁹ domini mortuū nō inuenitur: sed viuum euāgeliçatur: q̄ꝛ ⁊ si cognouimus ſm carnem christum: sed iam nunc nō nouimus. quō autez posito in sepulchro corꝑe dn̄i angeli astitisse leguntur: ita ⁊ tempore ꝯsecratiōis mysterij corꝑis christi assistere sunt credēdi. Nos ergo exemplo deuotaꝝ mulieruz q̄tiens mysterijs celestibus appropinquam⁹: ꝓpter euangelicā p̄sentiā seu propter reuerentiā sacre oblationis cum oīm humilitate vultum declinemus in terram: nos esse terrā ⁊ cinerē recolentes. g† Et ecce duo ex illis. ꝑ quos significat̄ bon⁹ actiuus ⁊ ꝯtēplatiuus. h† Ibāt ip̄a die ⁊c. nam ip̄a die resurrectionis apta fuit via beatitudinis que ꝑ emaus significat̄: eo q̄ mater dulcedinis interp̄tatur. ⁊ ex tunc christi discipuli ꝑ viam ꝯsequende beatitudinis gradiunt̄. † Et ip̄i loquebant̄ ad inuicem de his oībus que acciderant. s. de iesu ꝯuersatione ⁊ ei⁹ morte ꝓut p̄z ex lr̄a sequēti. † Et ip̄e iesus appropinquās ibat cū illis. nā ip̄e dixit Matth. xviij. Ubi sunt duo vl' tres ꝯgregati in noīe meo ī medio eoꝝ sum. ꝓpter qđ istoꝝ exēplo cū ꝑ viā incedim⁹ cōbinati de salutifer' loq̄ debem⁹: vt xp̄m nobiscū ꝑgentez habeam⁹: ⁊ nō solū ꝑgentē s̄ȝ etiā nos docentē: sicut istis duob⁹ discipulis cum q̄bus ibat scripturas ꝓphetaꝝ aperiebat. Sed q̄m auditores legis nō iustificant̄ sed factores. iō eoꝝ oculi nō fuerunt aperti audiēdo scripturas: sed oꝑa pietat̄ faciēdo ip̄m in specie ꝑegrini trahēdo ad hospitiū ⁊ apponēdo cibū. iō sequitur: r† Et apti sunt oculi eoꝝ. s. cordis ⁊ corꝑis ad cognoscenduz ip̄m. t† Et surgētes eadē hora ⁊c. nā ea q̄ sunt ad cōmunē salutē nō sunt tacēda sed reuelāda. Tob. xij. Oꝑa aūt dei reuelare ⁊ ꝯfiteri honorificū est. iō subdit̄: x† Et ip̄i narrabant ⁊c. Dū hec loq̄rent̄: iesus stetit in medio eoꝝ. q̄ꝛ ꝯgregati erāt in ei⁹ noīe vt p̄mittit̄: inuenerūt ꝯgregatos. xj. † Et dixit illis: pax vobis. ex quo p̄z q̄ illi sunt pacifici q̄ vere sunt discipuli xp̄i. † Et dixit eis: q̄d turbati estis ⁊c. ſm sensum lr̄alē certificauit eos de sua resurrectiōe ꝑ tria. s. ꝑ visum d. d† Uidete man⁹ meas ⁊ pedes meos. Et ꝑ tactū dicēs: e† Palpate ⁊ videte q̄ꝛ spūs carnē ⁊ ossa nō habet. Et ꝑ gustū ibi cū dixit: f Habetis aliq̄d qđ manducet̄ ⁊c. Mystice vero xp̄m resurrexisse vidēt q̄ resurrectionis eius gloriā meditant̄. ip̄m vero tangunt ⁊ palpant: q̄ sibi charitate copulant̄. j. Ioh. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. piscē assum offerunt ei q̄ patientiā igne tribulatiōis decoctaz habēt ꝓ nomine christi: sed illi offerūt fauū mellis q̄ mēbris eius exhibēt oꝑa pietatis. de q̄bus dicit Matth. xxv. Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. h† Tunc aperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas. ex q̄ p̄z q̄ sacre scripture nō p̄nt sufficiēter intelligi nisi ille aperiat q̄ habet clauem dauid. q̄ aperit ⁊ nemo claudit. o† Uos aūt sedete in ciuitate ⁊c. licet eī dedisset eis scripturaꝝ intelligentiā ⁊ cōmisisset p̄dicatiōis officiū: tn̄ distulit executionē p̄dicandi vsq̄ ad sanctispūs receptionē in signo visibili. ꝑ hoc insinuans q̄ predicās actu debet p̄us habere sufficientē sacre scripture noticiā ⁊ grām spūssancti ꝑ ꝯiecturā. s. q̄ nō sit cōscius sibi de pctō mortali. p† Et eduxit eos foras. vt viderēt eū ascendētē. ꝑ hoc significās q̄ ciuitas tumultuosa nō est loc⁹ aptus ad diuinoꝝ ꝯtemplationē. a† Et eleuat̄ manib⁹ suis: bn̄dixit eis ⁊c. ex hoc documentū h̄nt suꝑiores ī ecc'lia: vt benedictionem dent subditis q̄n recedunt ab ip̄is. h† Et erāt semꝑ in tēplo. orantes deuote ꝓ recipiendo spūssancti dono sicut erat eis ꝓmissuz a xp̄o: ⁊ sic debem⁹ orare vt possimus ip̄m reciꝑe Matth. vij. Si vos cū sitis mali nost' bona data dare filijs vestris: q̄to magis pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se.

Finit postilla fratris Nicolai de lyra suꝑ Lucam.

Incipit

Mar. 16. Act. 1. b.

Incipit proemiū Nicolai d̄ lyra sup̄ Johēz.

Facies aquile desuper ip̄oꝝ quattuor: Ezech. j.
Ezechiel ꝓpheta cui aperti sunt celi ⁊ vidit vi/
siones dei. vidit q̄ttuor facies in vno animali.
Quattuor inq̄t facies vni: videlicet facies ho/
minis: facies leonis: facies bouis ⁊ facies aqui
le. in quo designaẗ vna noticia de verbo incar/
nato q̄drupliciter descripta: ꝓut diffusi⁹ dictuz
est sup̄ Mattheum. Descriptio enim Matthei designaẗ in fa
cie hoīs: qꝛ p̄ncipaliter describit facta ipsius humanitatis.
Descriptio Johānis designaẗ in facie aquile: qꝛ p̄icipaliter
describit in christo excellentiā diuīe nature. Descriptio autez
Marci designaẗ in facie leonis: qꝛ p̄ncipaliter describit ipsi⁹
christi regnū. Descriptio autē Luce designaẗ in facie bouis:
qui est anīal immolaticiū: qꝛ principaliter describit ipsi⁹ chri
sti sacerdotiū. vnde ⁊ a sacerdotio inchoat suum euangeliuz
dicens: Fuit in diebus herodis regis iude sacerdos quidam
nomīe Zacharias. Aduertendū tamen ꝙ licet quilibet q̄ttu
or euangelistaruz p̄ncipaliter considerat vnam predictarum
quattuor ꝯditionum: tamē alias tres nō omittit: quia ꝫm ꝙ
dicit beatus Gregorius sup̄ Ezech. Quicquid in vno repere
ris hoc simul in quattuor recognosces. ꝓpter quod aliq̄ do/
ctores visionē Ezechielis exponētes: dicūt ꝙ nō solum appa/
ruit ei vnū anīal habens quattuor facies predictas: sed appa
ruerunt ei q̄ttuor anīalia in oībus ꝯsilīa: In quo designatur
vna noticia verbi incarnati a q̄ttuor euangelistis ꝯcorditer:
licet differēter descripta. Cōsiderādum tamē ꝙ Ezechiel ꝓ/
pheta inter p̄dictas facies quattuor: vidit faciez aquile desu
per eminentē: in quo designaẗ euāgelium Johānis respectu
alioꝝ excellētia: ꝫm ꝙ dꝛ in verbo p̄assumpto: Facies aqui/
le ⁊c. in quo designaẗ euāgeliū Johānis ceteris excellētius
in tribus: qꝛ scripsit ceteris sublimi⁹: subtilius: ⁊ etiā ꝑfecti⁹.
Sublimitatē designat supior situs. cum dꝛ: Desup̄. subtilita/
tem acuties visus. cum dꝛ: Aquile. ꝑfectionē seu integritatez
designat quaternarij typus. cum dꝛ: Ip̄oꝝ quattuor. Ad eui
dentiam p̄mi aduertēdum ꝙ cōtemplatio sanctoruz ⁊ potissi
me euāgelistarū differt a cōtemplatione philosophoꝝ. Phi/
losophi enī ex creaturis ꝯtemplati sunt ipsum deum. silr̄ san/
cti: tamē differēti modo ⁊ quasi ꝯtrario. Cōtemplatio enī est
actus egrediēs ab ipso cōtemplante: ⁊ in deū terminaẗ tanq̄
in obiectum: ⁊ ideo ꝯtēplationis actus ē medius inter ꝯtem
plantem ⁊ rem cōtemplatam: ⁊ ideo potest ad vtrūq̄ referri.
Si igitur actus diuīe ꝯtemplationis referaẗ ad ip̄m contem
plantem: sic habeẗ ꝯtemplatio philosophorum. Querebant
enim philosophi deum ꝯtemplari ex creaturis inq̄tum talis
speculatio seu ꝯtemplatio est ipsius speculātis summa perfe/
ctio. Contemplationē enim p̄mi ⁊ summi intelligibilis posue
rūt felicitatē hoīs: vt habeẗ. x. Ethicoꝝ. Ex quo ptꝫ ꝙ ta/
lis ꝯtemplatio erat pure speculatiua: qꝛ querebāt talē specu/
lationē ꝓpter seipsam: ⁊ nō propter aliam ꝑfectionem. ꝓpter
quod in tali cōtemplatione plus facit subtilitas intellect⁹ q̄
feruor affectus. Si autem referaẗ actus ꝯtemplatiōis diuine
ad ipsam rem cōtemplatā: quod fit quādo talis cōtemplatio
queritur propter amorē rei cōtemplate: vt ex tali cōtēplatiōe
ipse cōtemplans inardescat in amorē diuinū. sic habeẗ ꝯtem
platio sanctoꝝ ⁊ potissime euangelistarum. Ex quo ptꝫ ꝙ ta/
lis cōtemplatio nō est pure speculatiua: qꝛ nō queritur ꝓpter
ipsum speculari: sed ꝓpter amorē ipsius obiecti cōtemplati. ⁊
ideo in tali cōtemplatione plus facit feruor affectus q̄ subti/
litas intellectus. ꝓpter quod beatus Dionysius. vij. ca. cele
stis hierarchie dicit ꝙ in cōtemplatione diuinorum proprium
est amoris calidum supferuens ⁊ acutū: qꝛ amans nō est con
tentus amati sup̄ficie: sed nititur q̄tum possibile est eius inti
ma penetrare. ꝓpter quod dicit Hugo cōmētator ibidē: Ubi
scientia foris stat dilectio intrat. igitur quia beat⁹ Johānes
euāgelista ceteris euāgelistis xp̄m feruētius dilexit. ideo ei⁹
secreta intimius penetrauit. ꝓpter quod subtili⁹ scripsit: qđ
notaẗ in facie aquile. que tantam ꝑspicacitatez habet in visu
ꝙ solem in rota sua oculis irreuerberatis intueẗ: vt dicit Au
g⁹. in libro de morib⁹ eccl'ie. ⁊ de hoc potest expōi illud quod
scribiẗ Job. xxxix. Nunquid ad p̄ceptum tuū eleuabiẗ aqui
la: ⁊ in arduis ponet nidum suū? Hoc enī verbum dꝛ de Job
negatiue: sed de deo affirmatiue: sicut ptꝫ ibidez. ⁊ merito: qꝛ
ad p̄ceptum dei humana aquila nostra videlicet beatus Jo
hannes euāgelista eleuata est de terrenis ad celestia: quia ad
verbū xp̄i vocantis dimisit thorū nuptialem: et eleuatus est
ad ꝯtinentiā virginalez: q̄ est vita celestis: sicut dicit beatus
Hiero. in sermone de assumptiōe beate virginis. Profecto in
carne p̄ter carnem viuere: nō terrena vita est sed celestis. vnde
in terris angelicā gloriaz acq̄rere maioris ē meriti q̄ habere.
Esse enī angelū felicitatis est: esse virginē v̓tutis. dum h̄ obti
nere viribus nitiẗ cū gratia qđ angelus habet a natura. Et
talis eleuatio fuit dispositio in Johāne ad subtilius contem/
plandū ⁊ describendū diuīa. Contrariorum enim ꝯtrarie sunt
cause. Lasciuia autē carnalis inducit intellect⁹ hebetudinem:
vt dicit beat⁹ Grego. xxx. moral'. ergo ꝑ oppositum continentia
virginalis disponit ad eius subtilitatē. Sed cōsummatio hu/
ius subtilitatis subdiẗ in auctoritate p̄missa cum dꝛ: In ardu
is ponet nidū suū. Nidus enī est locus vbi volucres se recli/
nant ⁊ quiescunt. Nidus igiẗ Johānis fuit sinus saluatoris.
qꝛ sup̄ pectus ei⁹ suauiter recubuit: ⁊ inde fluenta euāgelij ce/
teris vberius potauit. ⁊ ideo sequiẗ: Oculi eius de longe ꝓ/
spiciunt: qꝛ ipsi adhuc manēti in terra: reuelata sunt secreta ce
lestia. ⁊ qꝛ subtilius secreta celestia cognouit: ꝑ consequens ⁊
subtilius scripsit. Scđo dico ꝙ Johānes ceteris euāgelist̄
scripsit sublimi⁹: ⁊ differt hoc mēbrū a p̄cedenti: qꝛ de infimis
pōt fieri subtilis descriptio: sed sublimitas descriptiōis impor
tat altitudinē materie. qđ ꝯuenit Johāni euangeliste: qꝛ alijs
euāgelistis ad describendū xp̄i humanitatē intētis: beat⁹ Jo
hannes ad ꝯtemplādū ⁊ describendū eius diuinitatē p̄ncipa/
liẗ ascēdit: ꝓpter qđ alij tres euāgeliste figurati sūt ꝑ aīalia in
terra gradiētia: videlicet ꝑ hoīem: vitulū ⁊ leonē. Johēs autē
figurat⁹ est ꝑ aquilā in altū volantē: in q̄ designauit secūduz
scꝫ ei⁹ ꝯtemplationē ⁊ descriptionē sup̄ alios trāscendentē. qđ
notaẗ in v̓bo preassumpto cū dꝛ: Desup̄. ⁊ iđ de hoc pōt expo/
ni illud Psal. xvij. Ascēdit sup̄ cherubin ⁊ volauit. Cherubin
dicunẗ a plenitudine sciētie: ⁊ ideo significant euāgelistas qui
fuerūt repleti spū sapīe diuine. ꝓpterea vocantur aīalia plena
oculis in circūitu ⁊ intus. Apoc. iiij. Sup̄ ista cherubin ascē
dit ⁊ volauit: qꝛ ꝯtēplationē alioꝝ euāgelistaꝝ trāscēdit diui/
nitatē xp̄i pre ceter̄ speculādo: ⁊ q̄tū possibile est sublimi⁹ de
scribendo. ꝓpter qđ dicit Aug⁹. ꝙ si altius intonuisset: totus
mūdus capere nō potuisset. Tertio in v̓bo p̄sumpto oñdiẗ cō
templatio ⁊ descriptio Johīs alijs ꝑfectior: ⁊ h̄ in duob⁹ in q̄/
bus suppleuit illud qđ ab alijs euāgelistis fuerat dimissū: ꝫm
ꝙ dicit Hiero. libro illustriū viroꝝ. Primū est: qꝛ a p̄rib⁹ Jo/
hānis surrexit error hebionitaꝝ q̄ dicebant xp̄m esse hoīem
purū: ⁊ ꝑ ꝯsequēs ante mariā nō fuisse. ꝓpter qđ beat⁹ Johā/
nes rogat⁹ ab asie episcopis scripsit euāgeliū: i cui⁹ principio
oñdit diuinā xp̄i naturaz in qua eternaliter precessit mariam.
Secundū est ꝙ cum Johānes legisset Matthei: Marci ⁊ Lu
ce euangelia: illa ꝓbauit: ⁊ eos vera dixisse firmauit: verūta/
men tantūmodo historiā christi texuerant q̄tum ad illum an
num in quo passus est: videlicet post Johānis baptiste incar/
cerationem. ꝓpter qđ ip̄e Johānes euāgelista in suo euāgelio
narrauit gesta supioris anni anteq̄ Johēs baptista in carce/
re clauderet. Ex q̄ ptꝫ ꝙ ꝑfecti⁹ alijs scripsit. que q̄dē ꝑfectio
in v̓bo p̄assumpto in numero q̄ternario designaẗ. cum diciẗ:
Ipsoꝝ q̄ttuor. Quaternarius enī numer⁹ est p̄mus numerus
quadrat⁹. Qꝛ aūt ꝑ quadratū ꝑfectio designetur: ptꝫ ꝑ p̄hm
j. Ethicoꝝ. vbi cōparat virtuosum corꝑi quadrate. qꝛ sicut cor
pus quadratū bñ sedet in oī latere: sic virtuosus se bene habꝫ
in quacūq̄ fortuna ꝯtingēte. Quadratura p̄us inueniẗ in nu
meris q̄ in corꝑibus: sic ⁊ vnitas prior est ipso puncto. ⁊ ideo
ꝑfectio p̄mo ⁊ p̄ncipaliter designaẗ in numero q̄ternario. que
quidē ꝑfectio in euāgelio Johānis pre ceteris inueniẗ: vt ptꝫ
ex dictis. ⁊ ideo de hoc pōt exponi illud Ezech. j. Cūq̄ aspice/
rē aīalia apparuit vna rota habens q̄ttuor facies. Intuēti enī
diligenter q̄ttuor euāgelia apparet euangeliuz Johānis alijs
ꝑfectius: vt dictuz est: ⁊ hoc designaẗ cum dꝛ: Apparuit vna
rota: quia figura circularis est ꝑfectissima: sed vlterius diciẗ
ꝙ hec rota habet quattuor facies: quia euangeliū Johannis
continet q̄ttuor partes p̄ncipales: qꝛ primo describit ipsi⁹ dei
eternalē ꝓcessionē dicēs: In p̄ncipio erat verbū. secundo per
ip̄m generalē rerū ꝓductionē dicens: Oīa ꝑ ip̄m facta sūt.
tertio describit eius temporalē incarnationē dicens: Et v̓buz
caro factū est. ⁊ ꝯsequēter describit opera que christ⁹ in carne
humana assumpta peregit. quarto ꝑ ipsum filium dei incarna
tum ostendit finalem generis humani glorificationem. pro/
pter quod in fine sui euangelij concludit: Hec autem scripta
sunt vt credatis quoniam iesus est filius dei: ⁊ vt credētes vi/
tam habeatis. Et patet ordo huius euangelij ad alia: quia pri
us est ordine perfectionis: licet sit posterius ordine temporis.
patet etiam ordo partium huius euangelij in se. Et in hoc iste
prologus terminatur.

Prolog⁹ sancti Hieronymi in euangeliū ſm Johannē incipit.

a Hic eſt iohānes euāgeliſta vnus ex diſcipulis dn̄i qui virgo electus a deo ē † quē de nuptijs volentē nubere vocauit de⁹. Cui virginitatꝭ i hoc duplex teſtioniū i euāgelio daṫ:

ſ ecce vnū. ſ hic aliud rc.

q̄ ꝑ ceterꝭ dilect⁹ a do dr̄: † ꝛ huic matrē ſuā pendēs in cruce cōmēdauit dn̄s: vt virginē virgo ſeruaret. Deniq̄ māifeſtās i euāgelio q̄ erat ip̄e incorruptilis verbi

ſ .ſ. iohannes vel deus. a ſ verbū caro f.

op⁹ inchoās: † ſolus vbū carnē factū eſſe: nec lumē a tenebris comprehenſuz fuiſſe teſtaṫ. † Primū ſignuz ponens qd̄ in nuptijs fecit

a ſ deus vel iohannes. b ſ .ſ. inuitatus de vino nuptiarū in vinum nouum quo inebriatur de calice preclaro domino a ſe inuitato.

dn̄s oñdens q̄ ip̄e erat vt legētibus demōſtraret q̄ vbi dn̄s inuitatus ſit deficere nuptiarū vinū debeat: vt ꝛ veterib⁹ immutatis:

ſ lex coniugij.

Glo. ordi.

a b Hic eſt iohānes. Aug⁹. Omibus diuiñe ſcripture paginis euāgeliū excellit: q̄ qd̄ lex et ꝓphete futurū ꝑdixerūt: h̄ cōpletuz diſt euangeliū. Inter ip̄os aūt euāgeliorū ſcriptores iohannes eminet i diuinoꝝ myſterioꝝ ꝓfunditate: q̄ a tp̄e dn̄ice aſcenſiōis ꝑ annos .lxv. vbūz dei abſq̄ āminiculo ſcribēdi vſq̄ ad vltima Domiciani ꝑdicauit tēpora. Sed occiſo dominiciano cū ꝑmittente nerua de exilio rediſſet ephe- ſum: cōpulſus ab ep̄is aſie: de coeṫna patri diuīitate xp̄i ſcripſit aduerſus hereticos: qui eo abſente irruperant in ei⁹ ecclīas q̄ xp̄m ante mariā fuiſſe negabant. Uñ merito in figura q̄ttuor aīalium aquile volanti cōparaṫ q̄ volat altius ceterꝭ aīalib⁹: ꝛ ſoliſ radios irreuerberatis aſpicit luminib⁹. Ceteri q̄ꝑpe euāgeliſte q̄ tp̄alē xp̄i natiuitatē ꝛ tp̄alia eius facta q̄ geſſit i hoīe ſufficienter exponunt: ꝛ de diuinitate pauca dixerūt q̄ſi aīalia greſſibilia cū dn̄o ambulant in terra. Hic aūt pauca de tp̄alib⁹ ei⁹ geſtis ediſſerēs: ſed diuinitatꝭ potentiā ſublimi⁹ ꝯtēplās: cū dn̄o ad celū volat. Qui enī ſupra pectus dn̄i in cena recubuit: celeſtis hauſtū ſapīe ceteris excellenti⁹ de ipſo dn̄ici pectoris fonte potauit. Legerat ſiq̄dē euāgelia triū euāgeliſtarū: ꝛ aꝑꝓbauerat fidem coꝝ ꝛ veritatē: in q̄b⁹ deeſſe vidit aliqua geſtaꝝ reꝝ hiſtorie: ꝛ ea maxīe q̄ dominꝰ geſſit ꝑmo ꝑdicatiōis ſue tp̄e .ſ. anteq̄ȝ iob̄es baptiſta clauderet in carcere. Hec ergo q̄ſi dimiſſa ab illis ſcribit iohānes q̄ fecit ieſus anteq̄ȝ iob̄es traderet: ſz maxime diuinitatē xp̄i ꝛ trinitatis myſteriū cōmēdare curauit. Tres ſiq̄dem alij euangeliſte dicta ꝛ facta dn̄i tp̄alia: q̄ ad informādos mores vite p̄ntis maxīe valent copioſi⁹ ꝯſecuti: circa actiuā vitā ſūt verſati. In q̄ laboraṫ vt cor mūdeṫ ad videndū deū. Johānes vbo pauca dn̄i facta dicit: vba vero dn̄i q̄ trinitatꝭ vnitatez et vite eṫne felicitatē inſinuāt: diligenti⁹ cō- ſcribit: ꝛ ſic in ꝯtēplatiua vita virtute cōmēdāda: intētionē ſuā ꝛ ꝑdicationez tenuit. In q̄ ꝯtēplatiua vacaṫ vt de⁹ videatur. Iſte ſiq̄dē eſt iob̄es quē dn̄s de fluctiuaga nuptiaꝝ tēpeſtate vocauit ꝛ cui matrē virginē vgini cōmēdauit. b Nuptiaꝝ vinū ꝛc̄. Uinū aliud ē nuptiale: aliud ſp̄uale. Nuptiale vinū ad lr̄am poſſumus dicere: qd̄ de aq̄ ſubſtitutū ē. Sp̄ualiter ꝑ vinū qd̄ defecit i nuptijs: poſſum⁹

Joh. 2. a — Joh. 19. e

Nico. de lyra

Eiuſdem Nicolai expoſitio prologi beati Hieronymi ſuper Johannem.

a b Hic eſt Johānes. Huic euāgelio qd̄ eſt ceteris ꝑfecti⁹: vt ptꝫ ex dictꝭ. beatus Hiero. hūc prologū ꝑmittit: in q̄ ꝑncipaliṫ tria facit: q̄ ꝑmo deſcribit ſcriptoris hui⁹ euāgelij cōmēdationē. ſcd̄o ipſi⁹ euangelij ordinationē. ibi: Cū poſt oēs. tertio ponit Hiero. ſuā excuſationē. ibi: Quoꝝ tn̄. Prima diuiditur in q̄ttuor. q̄ ꝑmo deſcribiṫ ipſi⁹ Johānis ſtatus. ſcd̄o ſue deſcriptiōis modus. ibi: Deniq̄ manifeſtās. tertio deſcriptiōis tempus ꝛ locus. ibi: Hoc autē euāgeliū. quarto iohānis obitus. ibi: Hic eſt iohānes. Pria in duas: q̄ primo poniṫ ipſi⁹ iohānis cōmēdatio. ſcd̄o cuiuſdā dicti in ea ꝓbatio. ibi: Cui virginitatꝭ. Circa primū iohānes a q̄ttuor cōmendaṫ. q̄ ꝑmo deſcribiṫ ei⁹ cōmendatio ex ꝓprio noīe. cū dr̄: Hic eſt iohānes. qd̄ interpretaṫ: in q̄ eſt grā. Sicut enī iſaac in veteri teſtamēto ꝛ iohānes baptiſta in nouo: ſortiti ſūt ſua ꝓpria noīa ex diuīa ꝑordinatione: ad ſignificanduz ipſoꝝ ꝓprietatē: vt ptꝫ Gen̄. xvij. de iſaac. ꝛ Lu. j. de iohāne baptiſta. ita credēdū eſt q̄ ip̄e ex diuīa preordinatiōe noīat⁹ ſit iohānes ꝓpter plenitudinē grē: cuius nō ſit ſcriptū: q̄ nō oīa ſunt ſcripta: vt hr̄ in fine hui⁹ euāgelij. ſcd̄o cōmēdaṫ ex officio. cū ſubdiṫ: b Euāgeliſta. q̄ ex diuīa ordinatiōe habuit officiū ſcribendi euāgeliū. nō enī ꝓprie loquēdo dr̄ euangeliſta doctor euāgelij vel ipſi⁹ predicator: ſed ille q̄ ex officio eſt ei⁹ ꝯſcriptor. tertio cōmendaṫ ex cōuictu. cū dr̄: c Unus ex diſcipulis dei. ꝛ inter alios fuit de ꝑmis chriſti diſcipulis: vt .j. patebit. ꝛ pre ceterꝭ xp̄o magꝭ familiaris: quod ē indiciū ſue virtutis. q̄rto cōmēdaṫ ex virtutꝭ actu. cū dr̄: d Qui virgo a deo electus eſt. Act⁹ enī magne vtutis eſt ꝯtinētia vginalis. ꝓpṫ qd̄ de ip̄a dicit ſaluator Mat. xix. Nō oēs capiūt verbū iſtud: q̄ pauci p̄nt ad hanc ꝑfectionē attingere. ꝓpter qd̄ ibidez ſubdiṫ: Sūt eunuchi q̄ ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū celoꝝ: q̄ pōt cap̄e capiat. Tempus aūt q̄ iohānes vocat⁹ eſt ad ꝯtinētiā virginalē oñditur. cum dr̄: e Quē de nuptijs ꝛc̄. de q̄b⁹ nuptijs dicetur .j. ij. ca. Sed cōtra hoc videṫ eſſe illud qd̄ dr̄ Mat. iiij. q̄ iohānes vocat⁹ eſt cū iacobo fratre ſuo de naui vbi erāt cū zebedeo patre eoꝝ. dicendū q̄ triplex fuit hui⁹ iohannis vocatio. Primo enī fuit vocat⁹ ad ipſi⁹ noticiaz aliqualē. ꝛ de iſta vocatiōe habeṫ Joh. j. qñ andree petenti: Rabbi vbi habitas? rn̄dit ieſus: Ueni ꝛ vide. q̄ cum ipſo andrea erat iohānes: vt .j. videbiṫ. Scd̄o vocat⁹ eſt ad ipſius xp̄i familiaritatē. ꝛ de hac loq̄tur hic Hiero. q̄ iſta vocatio d̄ nuptijs facta ē. ꝛ ex tūc iohānes fuit xp̄o familiaris ꝓpter mūdiciā ꝯtinētie vginalis. Tertio vocatus fuit ad ap̄latū: qñ relictꝭ retib⁹ ꝛ p̄re cū fratre ſuo ſecutus ē ieſuz. Et de iſta vocatiōe loq̄tur Matthe⁹. Ex q̄ ptꝫ q̄ verbū Matthei nō ꝯtrariaṫ vbo Hiero. f Cui vginitatis. Hic ꝯñr ꝓbaṫ quoddā ꝓpoſitū in ꝑcedēti cōmēdatiōe. Cōmēdauerat enī Hiero. iohānē ex q̄ttuor .ſ. ex noīe: ex officio: ex cōuictu ꝛ ex virtutꝭ actu. Tria aūt ꝑma erāt manifeſta. nō ſic aūt q̄rtū videlicꝫ vginalis ꝯtinētia. iō iſtud ꝓbat Hiero. duplici teſtimonio. Primū ē ſpecialꝭ dilectio xp̄i ad ip̄m q̄ erat ſue vginitatis ſignuz: q̄ ſm̄ q̄ dr̄ Eccl̄i. xiij. Oīe aīal diligit ſilē ſibi: volatilia ad ſilīa ſibi ꝯueniunt: ſic oīs caro ad ſibi ſilem ꝯiungeṫ: ꝛ oīs hō ſibi ſilī aſſociabiṫ. De xp̄o aūt nulli eſt dubiū q̄n fuerit vgo ꝛc̄. ꝛ h̄ eſt qd̄ dr̄: Cui vginitatis in h̄ duplex teſtimoniū daṫ in euangelio. primū aūt teſtimoniū tangiṫ. cū dr̄: g Q̄ ꝛ ꝑ ceteris a deo dile. dr̄. ſicut .j. xxj. Uidit illū diſcipulū quē diligebat ieſus ꝛc̄. Scd̄m aūt teſtimoniū virginitatꝭ iohānis fuit recōmendatio matris xp̄i in cruce ſibi facta: vt virgo virgini deſeruiret: ꝛ eſſet adinuicē grata ſocietas: ꝛ florid⁹ aſpect⁹: ſm̄ q̄ dicit Hiero. in ſmone de aſſūptione vginis marie. ꝛ h̄ eſt qd̄ dr̄: h Et huic matrē ſuā pendēs in cruce commēdauit: vt vgo virginē ſuaret. i Deniq̄. Hic ꝯñr oñdiṫ ſcribēdi mod⁹ quē tenuit iohānes in ſcribēdo iſtud euāgeliū: q̄ ſcribēdo xp̄i naturā incipit ab emanatiōe incorruptibilꝭ vbi. ꝑ h̄ oñdit in xp̄o naturā dīnā: ꝛ talꝭ modus incipiēdi debebaṫ iohāni ꝓpter incorruptionē carnis ſue. ꝛ h̄ eſt qd̄ dr̄: Deniq̄ manifeſtās in euāgelio: incipiēdo euāgeliū. k Q̄ erat ip̄e .i. in corruptionē carnis ſue. l Incorruptibilis vbi opus inchoans. q̄ ab h̄ ſuū euāgeliū incepit dicens: In ꝑncipio erat verbū ꝛc̄. m Solus verbū carnē factū eſſe. nec lumē a tenebris cōprehēſuz fuiſſe teſtaṫ: q̄ alij euāgeliſte nō loquunṫ de ꝓprietatib⁹ verbi: ſicut iſte. ſiliter deſcribendo facta xp̄i humanitus geſta incipit ab illo ſigno q̄ xp̄s inuitat⁹ ad nuptias deficiēte vino aquā ꝯūtit i vinū: vt habeṫ .j. ij. ca. ꝛ ꝑ h̄ deſignaṫ q̄ in illis q̄ inuitāt xp̄m ad nuptias ſp̄uales ꝑ aggreſſuz ꝯtinētie virginalꝭ. debꝫ deficere delectatio carnalꝭ. q̄ ꝑ vinū deſignaṫ vt aqua ꝯuertaṫ nouo mō in vinum ꝑ xp̄m mutādo carualē delectationē in ſp̄ualē. ꝛ h̄ mō incipiēdo deſcriptionem opeꝝ xp̄i oſtendit ſuam virginitatē. ꝛ hoc eſt quod diciṫ: n Primū ſignum ponens qd̄ in nuptijs fecit dn̄s. mutando aquā in vinum. o Oñdens q̄ ipſe erat .ſ. ſegregatus a delectatione carnali ꝑ ꝯtinentiam virginalem. p Ut legentib⁹ .ſuum euangelium. q Demōſtraret q̄ vbi dn̄s inuitat⁹ ſit .i. in nuptijs ſpiritualib⁹. r Deficere vinū nuptiarū debeat .i. delectatio carnalis. s Et veterib⁹ immutatis .i. delectatiōe carnali q̄ corruptionē inducit mutata i ſp̄ualē q̄ renouat aīaꝫ.

Joh. 2. — Joh. 19. — Joh. — Joh.

legem

Noua oīa

legem ꝯiugij intelligere: ꝙ ante aduẽtũ christi fere ab oibꝰ custodiebat. qꝛ tũc dicebat: Crescite ꝛ mltiplicamini: ꝛ steriles que nõ pariebãt: magno opprobrio custodiebant. Sed veniente xp̃o: iã in ꝗbusdã cepit vinũ illud deficere: ꝛ aliud vinũ scz virginitatꝭ crescere: sicut in maria: iohãne: stephano: et in pluribꝰ alijs. Ideo aũt dꝛ vinũ ꝯiugale ipsa lex ꝯiugij: qꝛ sicut vinũ inebriat hoiem: et a statu sue mẽtis alienat: sic lex cõiugij alienat hoiem ab his ꝗ dei sunt: ꝛ sollicitũ eũ facit circa mundanas res ꝗbꝰ se ꝛ ꝯiugẽ ꝛ prolẽ nutrire queat. Castitas vero dꝛ vinum spũale: qꝛ qd istud facit seclo: illud facit deo: qꝛ facit postponere mũdana: et celestibꝰ inhiare. Et iõ posuit h̃ vt demõstraret: ꝙ vbi dñs est inuitatꝰ .i. in mẽtibꝰ illoꝝ ad quos inuitatus venit vinũ nuptiaꝝ .i. veteris ꝯsuetudinis debet deficere: ꝛ veteribꝰ immutatis .i. dimissis oĩa appareãt noua que a xp̃o nouo hoĩe ꝯstituunt. a Et hic iohes. Johãnes interp̃tat gratia dei siue in ꝗ est grã: vel cui donatũ ẽ. Cui autẽ theologoꝝ donatum est ita abscõdita summi boni mysteria penetrare: ꝛ sic hũanis mẽtibꝰ intimare.

Finit expositio prologi.

§ .i. virginitas appareat.

noua oĩa ꝗ a xp̃o instituunt appareãt. Hoc aũt euãgeliũ scripsit in asia: postea ꝙ̃ in pathmos insula apocalypsim scp̃serat: vt cui in pꝛĩcipio canonis incorruptibile p̃ncipiũ p̃notat ĩ genesi: ei etiã incorruptibilꝭ finis ꝑ virginez in apocalypsi redderet: dicẽte xp̃o. †Ego suz alpha ꝛ o. Et hic ẽ iohãnes: ꝗ sciẽs supuenisse diẽ recessus sui: ꝯuocatꝭ discipulis suis in epheso: ꝑ mlta signoꝝ expimẽta promens xp̃m descẽdẽs in defossum sepulture sue locũ: facta ora

§ angelos.

tione positꝰ est ad p̃res suos: tam extraneꝰ a dolore mortꝭ ꝙ̃ a corruptione carnis iuenit alienus. Tñ post oẽs euangeliũ scripsit: ꝛ h̃ virgini debebat. Quoꝝ tñ vel scriptoꝝ tp̃is dispositio vl libroꝝ ordinatio: ideo a nobis ꝑ sin

§ per singla. § vl vt nesciẽtibꝰ desideriũ cẽvidet

gula ñ expõit: vt sciẽdi desiderio collato ꝛ q̃rentibꝰ fructꝰ laboris: ꝛ deo magisterij doctria seruet.

Finit prologus.

§ Incipit

## Nico. de lyra

a Noua oĩa ꝗ a xp̃o instituunt .i. reparant: Appareant. b Hoc autẽ. Hic ꝯñr ostẽdit tp̃s ꝛ locꝰ in ꝗ iohes scripsit istud euangeliũ. Locꝰ est asia minor in ꝗ metropolis est ephesus. in qua plurimũ iohãnes fuit ꝯuersatus. ꝛ hoc est qd dꝛ: Hoc aũt euãgeliũ scripsit in asia: qꝛ de h̃ rogatꝰ fuit ab asie ep̃is rõne p̃dicta. Tẽpꝰ ãt descriptiõis huiꝰ euãgelij fuit postꝙ̃ iohes redierat de relegatione exilij vbi Apocalypsim scripserat ĩ insula ꝗ dꝛ pathmos. ꝛ hoc est quod dꝛ: c Postea ꝙ̃ in pathmos insula apocalypsim scripserat. Sed qꝛ posset aliꝗs q̃rere quare liber apocalypsis ponit vltimꝰ in canone: cũ fuerit descriptꝰ ante illud euangeliũ. Ideo ad h̃ rñdet Hiero. dicẽs: ꝙ hoc factũ est vt finis canonice scripture p̃ncipio rñderet: qꝛ scriptura canonica incipit a p̃ncipio incorruptibili. cũ dꝛ: In pꝛĩcipio creauit deꝰ ꝛc. Et ideo ꝯueniens fuit ꝙ finis ipsius incorruptibilis ꝑ virginez describeret. Añ ꝛ liber Apocalypsis in finali beatitudine terminat ꝗ cõsistit in reductiõe creature ad ip̃m: sicut ꝑ creationez egreditur ab ipso. de qua creatiõe agit in canõis p̃ncipio. ꝛ hoc est qd dꝛ: d Ut cui in p̃ncipio canonis ꝛc. i. ipsi deo a ꝗ creatura egreditur. e Ei etiã incorruptibilꝭ finis ꝑ virginẽ .i. ꝑ iohãnẽ. f In apocalypsi redderet. qꝛ ibi describit finis creature sicut ꝛ p̃ncipiũ. ꝓpter qd subdit: g Dicẽte xp̃o: Ego sum alpha ꝛ o. Apocꝭ. vltꝭ. Alpha enĩ est p̃ma lr̃a greci alphabeti: O vero vltia: ꝛ ꝑ hoc designat ꝙ ip̃e xp̃s ẽ p̃ncipiũ ꝛ finis sacre scp̃ture: ac etiã totiꝰ scp̃ture vere: qꝛ ẽ vitas p̃ma: a qua oĩs alia vitas deriuat. h Hic est io. Hic ꝯñr describit ipsiꝰ iohãnis felix obitus quod oñdit de duobꝰ. Primo qꝛ ex diuina reuelatione p̃sciuit se vocatũ ad celeste regnũ. ꝛ hoc est qd dꝛ: Hic ẽ iohãnes ꝗ sciens supuenisse diẽ recessus sui de h̃ mundo. i Cõuocatis discipulis suis in epheso. ꝗ erat metropolis illiꝰ terre. k Per multa signoꝝ experimenta. qꝛ sensibiliter viderat multa miracula virtute xp̃i facta. l Promens xp̃m. qꝛ talia sunt diuinitatꝭ xp̃i ostẽsiua. Secũdo qꝛ speciali modo obijt: nõ sentiẽs dolorẽ mortis. ꝛ h̃ est qd dꝛ: m Descẽdens. ꝓpria volũtate. n In defossuz sue sepulture locũ. vt hr̃ in legẽda sua. o Facta orõne positus est ad p̃res suos .i. ad sctõs p̃res veterꝭ testamẽti: ꝗ iam erãt in glia celesti. p Tam extraneꝰ a dolore mortꝭ. nõ dicit a morte: qꝛ mortuꝰ fuit ꝑ separationẽ aĩe a corpe: qꝛ ꝗlibet hõ debitor ẽ mortꝭ ex p̃mi parẽtis trãsgressiõe: ꝯm ꝙ dꝛ Heb. ix. Statutũ ẽ hoibꝰ semel mori: sz dolorẽ mortꝭ nõ sensit ex p̃uilegio speciali in signũ integritatꝭ v̄ginalis. ꝓpter qd subditur: Ce a corruptiõe sub dit alienꝰ. q Tñ post oẽs. Posita cõmẽdatiõe iohis. hic Hiero. oñdit ordinẽ sue descriptiõis: qꝛ vltimꝰ int euãgelistas scripsit euãgeliũ: ꝛ h̃ decebat v̄ginẽ: qꝛ taciturnitas ꝛ verecũdia debẽt esse annexe v̄ginitati. ꝛ hoc ẽ qd dꝛ: Tñ post oẽs euãgeliũ scripsit ꝛ hoc debebat virgini ratione p̃dicta. r Quoꝝ tñ. Hic põit Hiero. suã excusationẽ a diligẽti ptractatiõe ordis euãgelistarũ ꝛ euãgeliorũ dicens: ꝙ illa in generali tm̃modo tetigit triplici de cã. Primo qꝛ ꝑ hoc ꝙ in generali tangit: excitat desiderium in legẽtibꝰ ad ꝑfectiꝰ cognoscẽdũ. Scdo ex tali desiderio homo laborat ad ꝑfectiorẽ cognitionẽ q̃rendã: ꝛ talꝭ labor est ei meritoriꝰ. Tertio qꝛ ꝑ hoc doctrina magisterij ipsi deo reseruat: ꝗ veritatẽ reuelat q̃rentibꝰ taliter: et hoc est qd dꝛ: Quoꝝ tñ .i. euãgelioꝝ. s Uel scriptoꝝ .i. euãgelistarum. t Tp̃is dispositio. in quo tp̃e ꝗlibet eoꝝ scripsit. v Libroꝝ ordinatio: id est quare euangeliũ Matthei sit p̃mũ. Marci secũdũ: ꝛ sic de alijs. x Ideo a nobis ꝑ singula nõ exponit vt sciendi desiderio collato .ĩ fidelibꝰ ista legẽtibꝰ. y Et q̃rẽtibꝰ. hoꝝ ꝑfectã cognitionẽ. z Fructꝰ lab. ꝛ dõ ma. do. ser. qꝛ paratꝰ est reuelare veritatẽ fideliter inꝗrẽtibus ip̃am.

Apoc. i. b

Finit expositio prologi.

### Postilla fratrꝭ Nicolai de lyra sup Johannez euangelistam incipit.

Ca. I

In p̃ncipio erat verbum. Scdm ꝙ ptz ex predictꝭ intentio beati Johãnis est diuinitatez dñi nr̃i iesu christi p̃ncipaliter declarare: ad extinguendũ heresim hebionitarum extũc insurgentez: qui dicũt christum purũ hoiem: ꝛ ꝑ ꝯñs ante mariã nullo modo fuisse. Et iõ in h̃ euãgelio sic ꝓcedit: qꝛ p̃mo diuinitatẽ xp̃i ꝑ rõnẽ ꝗ̃tũ possibile est ꝓbat. scdo ip̃am ꝑ miracula ab ipso facta manifestat in p̃ncipio sequentis ca. ibi: Tertia die. Prima in duas. qꝛ p̃mo diuinitatẽ xp̃i oñdit. scdo declarat ꝗ̃liter hoc sibi innotuit. ibi: Et vidimꝰ. Prima ĩ duas: qꝛ p̃mo declarat ipsiꝰ filij dei eternã generationẽ. scdo tp̃alẽ ipsius incarnationẽ. ibi: Fuit hõ. Prima in duas: qꝛ p̃mo determinat de ipso filio dei ꝗ̃tũ ad eiꝰ esse seu generari. scdo ꝗ̃tũ ad eius opari. ibi: Oĩa ꝑ ip̃m. Circa p̃mũ q̃ttuor declarat. p̃muz est filij a p̃re eternã generationẽ. scdm est ipsoꝝ ꝑsonalẽ distinctionẽ. ibi: Et verbũ erat apud deũ. tertiũ est p̃ris ꝛ filij ꝯsubstantialitatẽ. ibi: Et deꝰ erat verbũ. quartũ est ipsoꝝ coeternitatẽ. ibi: Hoc erat in p̃ncipio apud deũ. Ad euidentiã istoꝝ cõsiderandũ ꝙ beatꝰ iohes in declaratione istoꝝ vtit noĩe verbi: qd nõ inuenit nisi in creatura intellectuali: ꝗ est ad imaginez dei facta. ꝛ ideo efficaciꝰ ducit in cognitionem creatoris ꝙ̃ cetere creature. Et iõ ad intellectũ dicẽdoꝝ aliꝗ sunt hic p̃mittenda. primũ est qualit verbũ in nob̃ inuenit. scdm qualit in deo ponit. tertiũ qualit ꝓprietas filiatiõis in v̄bo diuio repit: qꝛ beatus Johes loquit de filio dei sub noĩe verbi. Circa p̃mũ sciendũ ꝙ vox significatiua dꝛ verbũ: sed h̃ est tm̃modo large et denoĩatiue: inꝗ̃tũ significat interioris mẽtis cõceptum: sicut vrina dꝛ sana inꝗ̃tũ est sanitatis indicatiua. ꝛ iõ sicut ꝓprie dꝛ sanitas quod ꝑ vrinã designat: ita illud ꝓprie dꝛ verbũ quod ꝑ vocẽ significat. hoc autem est interior mẽtis ꝯceptus: ꝯm ꝙ dicit ph̃s .j. Periarmenias. Uoces sunt note .i. signa caꝝ passionũ ꝗ sunt in aĩa: ꝛ iõ ꝯceptus mẽtis interior etiã anteꝙ̃ per vocẽ designet ꝓprie verbũ dꝛ. ꝛ hoc est quod dicit Augꝰ. xv. de trinitate. Quisꝗs põt intelligere verbũ nõ solũ anteꝙ̃ sonet: verũetiã anteꝙ̃ sonoꝝ eius imagines cogitatiõe inuoluãtur: põt videre aliquã illiꝰ verbi silitudinẽ. de quo dictuz est: In p̃ncipio erat verbũ. Aduertendũ tñ ꝙ in nobis est duplex

Incipit euangeliū fm Johēm. Ca. I

a Hoc fecit. Hic ponit miraculi ꝑpetrati cõclusio: q̄ hoc miraculũ primo a xp̄o factũ est ad manifestandũ veritatẽ diuinitatis in eo latentẽ ⁊ ad fidem alioꝝ cõfirmãdũ. ⁊ hoc est qd̄ d̄r: Hoc fecit initiũ signoꝝ ⁊c̄. q̄ istud fuit pri/mũ miraculũ ab ipso factũ: vt pleni⁹ videbit in fine hui⁹ ca. b Et manife/stauit gloriã suã. i. diuinitatꝭ potẽtiã. c Et crediderũt ĩ eũ discipuli ei⁹: q̄ aliq̄ de nouo crediderũt ĩ eũ: ⁊ illi q̄ prius crediderãt vt andreas ⁊ alij. vt dictũ est: ꝑ h̄ in fide solidati fue/rũt. d Post hoc des. Posita ĩmutatione nature corã discipulis: hic idẽ ostendit corã turbis: nõ pro tũc facta: sꝫ q̄ p̄dicit ĩposterũ fiẽda: vt videbit. Et diuidit ĩ duas: q̄ primo ostẽdit ꝓpositũ. scd̄o ex hoc sequẽs fruct⁹ declarat. ibi: Cũ aũt eẽt hierosolymis. Ista ĩmutatio nature ẽ suscitatio corporis sui quã h̄ p̄nũciat se facturũ in sua resurrectione. Et diuidit in tres: q̄ primo ponit hui⁹ denũciatiõis occasio. scd̄o subiũgit ipa p̄nũciatio. ibi: Rñderũt ꝙ. tertio p̄nũ/ciatiõis interp̄tatio. ibi: Dixerũt ꝙ. prima ĩ duas: q̄ primo cõtinuat historiã. scd̄o descẽdit ad ꝓpriã ma/teriã. ibi: Et ꝓpe erat pasca. In prima ꝑte dicit sic cõ/tinuãdo ad p̄cedẽtia. Post hoc. i. post mutationem aque ĩ vinũ p̄dictã. e Descẽdit capharnaũ. Illa eĩ ciuitas erat metropolis galilee: ⁊ iõ illuc voluit ve/nire: q̄ inceperat iã gloriã suã manifestare. f Ipse ⁊ mater eius. q̄m ioseph mortuo xp̄s comitabat ma/trẽ suã ad ĩpendẽdũ ei debitũ obsequiũ. g Et fra. ei⁹. q̄ nõ essent filij marie matris ei⁹: vt dicit Helui/dius heretic⁹: q̄ dixit eaꝫ fuisse cognitã a ioseph post xp̄i natiuitatẽ: ⁊ de ea filios genuisse: q̄ dicũt h̄ frẽs q̄ ex eadẽ matre: lꝫ nõ ex eodẽ pr̄e: Sꝫ h̄ fuit ĩproba/tũ Matth. j. Propter qd̄ alij dixerũt q̄ fuerunt filij ioseph de alia vxore: dicunt tũ hic frẽs xp̄i eo q̄ io/seph putabat pater ei⁹: sꝫ hoc ẽ falsũ: q̄ cũ xp̄s ma/trẽ suã ĩ cruce nõ cõmẽdauerit nisi virgini etiã cũ iaꝫ in etate ꝓcesserat: nõ est verisil'e q̄ ioseph q̄ fuit assi/gnat⁹ a deo p̄cipuus custos ei⁹ ⁊ ĩ iuuẽtute virginis nõ fuerit cõsil'r virgo: ĩmo cũ ea votum virginitatis emisit: q̄ erat ĩ cõsil'i ꝓposito sicut ipsa ꝓut diffusi⁹ tractat ĩ. iiij. sniarũ vbi agit de cõiugio marie ⁊ io/seph. De hoc etiã pleni⁹ dixi sup Lucã. j. ca. Dicunt igit hic frẽs xp̄i cognati ei⁹: q̄ illi q̄ sunt de eadẽ co/gnatione: ĩ sacra scriptura noiant frequẽter frẽs. vñ Gen. xiij. Dixit abraã ad loth: Ne sit iurgiũ ĩter me ⁊ te: frẽs enĩ sum⁹: tñ loth erat nepos ipi⁹. ⁊ sequit: h Et ibi mã. nõ mul. die. q̄ ĩminebat tẽpus eũdi in hierl'm: vt patebit ꝑte sequẽti. i Et ꝓpe erat. Po/sita cõtinuatione historie. hic ꝯñr ponit occasio p̄nũ/ciãdi suã resurrectionẽ futurã: q̄ ascẽdẽs hierl'm eie/cit de tẽplo vẽdẽtes ⁊ emẽtes: qd̄ videbat ꝑtinere ad ꝑsonã sup ppl'm auctoritatẽ habẽtẽ. ⁊ iõ hui⁹ auctori/tatis petierũt iudei signũ: ⁊ h̄ occasio fuit p̄dicẽdi si/gnũ sue resurrectiõis. ⁊ h̄ ẽ qd̄ d̄r: Et ꝓpe erat pasca iudeoꝝ. In trib⁹ enĩ solẽnitatib⁹ ĩ anno tenebant cõ/uenire in hierl'm. s. in solẽnitate pasce: pẽthecostes: ⁊ tabernaculoꝝ: vt habet Exo. xxiij. Verũtñ de festo tabernaculoꝝ ⁊ pẽthecostes aliq̄ñ dispẽsabat cuꝫ illis q̄ erãt a remotis: nõ tñ de solẽnitate pascali: xp̄s aũt vsq̄ꝫ ad passionẽ su/am voluit legẽ obseruare: ⁊ ꝑ ꝯñs in solẽnitate pascali hierl'm ascendere: ⁊ h̄ est qd̄ subdit: k Et ascẽdit iesus hierosolymã. Ex h̄ cõfutat error Mani/chei q̄ dicit vetus testamẽtu a diabolo esse datũ: q̄ xp̄s nullo mõ obseruasset ip̄m. l Et inuenit ĩ tẽplo. noĩe tẽpli nõ accipit hic ipsa domus dñi: in qua erat altare thymiamatis ⁊ cãdelabrũ: nec atriũ sacerdotũ in quo erat altare holocaustoꝝ: sꝫ quoddã atriũ vbi hoĩes orabãt: ⁊ doctores etiã docebãt ibi/dẽ: ⁊ etiã ibi vendebant ea q̄ in tẽplo offerebant. ⁊ h̄ est qd̄ d̄r: m Veden/tes oues ⁊ bo. ⁊ co. ⁊ q̄ talia nõ poterãt de longinquo adduci. iõ sacerdotes cupiditate ducti statuerãt hoĩes talia ibi vẽdẽtes: vt veniẽtes de longinquo nõ haberent excusationẽ de oblationib⁹ dimittẽdis. Aliq̄ etiã eoꝝ nõ habe/bãt pecuniã: iõ sacerdotes statuerãt ibi cãpsores q̄ sub cautione tradebãt pe/cuniã: ⁊ cũ hoc vltra sortẽ aliqua munuscula recipiebãt: nõ tñ pecuniã ne ar/guerẽt manifeste facere ꝯtra legẽ Deut. xxiij. vbi dicit: Nõ dabis fratri tuo ad vsurã pecuniã ⁊c̄. ⁊ hoc est qd̄ d̄r: n Et nũmularios sedentes. q̄ h̄ erat illicitũ ꝓpter cupiditatẽ sacerdotũ q̄ diuersis adinuentionibus depaupera/bãt ppl'm: vt ptꝫ ex p̄dictis: ⁊ q̄ fraus ⁊ tumultus solent annecti mercationi q̄ cõtrariant orationi. iõ sequit: o Et cũ fecisset quasi fla. ⁊c̄. ⁊ ptꝫ l'ra vsq̄ꝫ ibi: p Recordati sunt vero discipuli ei⁹. q̄ scriptũ est Ps. lxviij. de xp̄o. q Zelus domus tue comedit me. Ex facto enĩ xp̄i recordati sũt scripture il/lius ⁊ impletionis ei⁹ de christo. Querit hic quare nõ resistebant ei cum ipsi essent multi: ⁊ ipse solus ⁊ parũ adhuc reputatus. Dicẽdũ q̄ diuina virt⁹ ĩ il/lo facto operabat q̄ appetebat in effectu cũ volebat: sicut inferi⁹. xviij. ca. So/lo verbo ꝓstrauit eos q̄ volebãt eũ capere. Corpus eĩ xp̄i erat instrumẽtũ diui/

E 3 nitati

† Mat. 4. b — † Mat. 21. b Mar. 11. a Luc. 19. g — † 49. di. cũ beatus ꝯ salomõ. 88. di. c. 2. 1. q. 5. saluator aũ fi. — † 88. di. c. qd est alio — † Ps. 68.

a Qd signũ ostẽ. Quia signũ querũt quare solita cõmertia de tẽplo eijcit: ⁊ ait: Soluite: q̃ si: Quia hoc tẽplũ significat tẽplũ corporis in quo nulla ẽ macula: ⁊ merito hoc figurale purgo: q̃ illud ab hoib⁹ morte solutũ diuina potẽtia suscitare queo.

b Soluite ⁊c. Qd de ꝓprio corpe qd ẽ tẽplũ dei dicit iesus: Excitabo illd ⁊c. Judei nõ intellexerũt. Licet ignorãtes diuinit⁹ rñdent. dicẽtes: Quadraginta sex ãnis edificatũ ⁊c. qz nõ cõuenit lapidi: ß homini suscitatio. Nã lxvj. dieb⁹ corpus xp̃i vt cuiuslibet hoīs ĩ vẽtre mr̃is organiçat: ß destructum a iudeis a morte die tertio suscitatur. Qd etiã dictum nec apl̃i ĩtellexerũt: donec die tertio suscitat⁹ eis appuit. ß qd ĩtelligere ñ poterãt: patiẽt tolerabant q̃usq3 spũsctõ reuelãte resurrexisse eũ viderũt. Vñ exemplũ accipim⁹ vt qd ĩtelligim⁹ superbiẽdo ne amittam⁹: qdq3 intelligere subito nõ valem⁹: vilipẽdentes ne despiciam⁹: sed humiliter expectem⁹ orantes ac exercẽtes mẽtes nr̃as donec intelligamus. Nã is sermonũ dei ⁊ ꝓphãrũ mos est vt q̃ videnť ĩ eis nobis apta: clausa latẽt ne cito ĩtellecta iactãtiã generarẽt: ⁊ exercitio acq̃sita corrigẽdo delectarẽt. Nã carnali sensui claudũť: spũaliter aũt laborãti et diligenter attendenti danť: vt ne margarite ꝓijciẽde sint ante porcos ne cõculcẽť.

c Dixerũt ḡ. Carnales carnaliter sapiebãt: ille spũaliter loq̃bať: qd euãgelista nob aperi. ⁊ ille ãt dicebat d tẽ. cor. sui.

d Quadraginta ⁊c. Anatole grece oriens. dysme occidẽs. arctos septẽtrio. mesẽbria meridies. Prime lr̃e hoꝝ. iiij. noĩm. i. alpha: delta. Jtẽ alpha: mi: ꝯtinẽť ĩ noĩe adã q̃ ẽ orb terrarũ. ⁊ alpha significat vnũ: delta. iiij. Jtẽ alpha: vnu3 mi. xl. ⁊ sunt simul. xlvj.

e Edificatũ ẽ. Aug⁹. Edificatio salomonis. vij. ãnis ꝑfecta ẽ: reedificatio sb çorobabel ĩpediẽtib⁹ inimicis. xlvj. ãnis. Hic nũer⁹ ꝯuenit ꝑfectiõi dñici corpis: qz vt dicũt physici: tot dieb⁹ forma hũani corpis ꝑficiť. Hic nũer⁹ ĩ lr̃is ade ĩuenitur cui⁹ nomẽ ex q̃ttuor p̃mis lr̃is climatũ cõstat: q̃ lr̃e significãt adã dispsu3 p q̃ttuor ptes mũdi ĩ filijs suis. Hoc nũero corp⁹ xp̃i qd ẽ ex adã: d q̃ dr: Soluite tẽplũ h: sic ⁊ illi dr: Terra es ⁊ ĩ terrã ibis. i. ĩ vtero mr̃is edificať: vt significet illũ adã q̃ dispsus erat: colligẽdũ esse de illis q̃ttuor ptib⁹ ĩ vnũ corpus xp̃i qd ẽ eccl̃ia. vñ dr electos esse cõgregãdos a q̃ttuor ventis.

3. Re. 6. d

Gen. 3. d ſm aliam litteram.

f Cũ aũt. Cõuenit⁹ adibat vt ṽbis ⁊ signis pl̃es ꝯuerteret: ⁊ qz aliq̃ solis signis moti credebãt ĩ eũ: vere q̃dẽ ß tñ ita vt possent postea ĩ passiõe ei⁹ scãdaliçari: ⁊ qz nõdũ erãt renati ex aq̃ ⁊ spũ nõ erãt digni q̃b⁹ se crederet iesus et familiariter cohabitaret. Sciebat enĩ q̃d esset ĩ illis: meli⁹ q̃3 ip̃e hõ de se. Hec fides ꝯuenit cathecuminis q̃ credũt ĩ eũ: s3 qz nõ sũt renati nõ crediť eis cõmunio corpis ⁊ sãguinis xp̃i: de talibus erat nicodem⁹ q̃ credẽs dicit eu3 a deo venisse ꝓpter signa q̃ viderat: s3 nõdũ renatus erat: ⁊ iõ nocte venit: nõ die: qz nõdum illuminatus celesti lumine.

a ſ nõ audentes sibi resistere qz viderũt diuinũ quid in facie eius irradiare.

tuę comedit me. Respõdẽrũt ergo iudęi: ⁊ dixerũt ei: † Qd signũ ostẽdis nobis qz hęc facis? Rñ-

a ſ nõ imperat sed quasi diceret vos soluetis.

dit iesus ⁊ dixit eis: † Sõluite tẽ-

ſ .s. in virtute trinitatis.

a ſ ego vt deus cũ patre.

plũ hoc: ⁊ ĩ trib⁹ dieb⁹ excitãbo illud. Dixerũt ḡ iudęi: Quadraginta ⁊ sex ãnis ędificatũ ẽ tẽplũ h: ⁊ tu ĩ trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? Jlle aũt dicebat de tẽplo corpis sui. Cũ ḡ resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius qz

a ſ corp⁹ suũ morte soluẽdũ ⁊ a se suscitãdum.

b ſ ꝓphãrũ q̃ dixerũt xp̃m tertia die resurrecturũ.

hõc dicebat: ⁊ crediderũt scripturę et sermoni quẽ dixit iesus. Cũ aũt esset hierosolymis in pasca in die festo: multi crediderũt in no-

ſ hunc. s. soluite tẽplũ hoc.

nitati cõiũctũ: ⁊ iõ ex oculis quidã fulgor exibat virtute diuĩa eos deterrẽs ita ꝙ resistere nõ audebãt: sicut ĩ passione vox illa q̃ erat diuinitatis quodãmodo instrumẽtũ ꝓstrauit magnã multitudinẽ armatorũ. Solet etiã queri ab aliq̃b⁹ quõ fecit flagellũ de funiculis: qz nõ vẽdebanť ibi funiculi: sed solum illa q̃ debebãt in templo offerri. Et dicũt aliq̃ ꝙ ipse christus vtebatur funiculo ꝓ cingulo: ⁊ illũ funiculũ accepit de q̃ erat p̃cinct⁹: ⁊ ip̃m duplicãdo fecit q̃si flagellũ: ⁊ q̃uis h nõ habeať exp̃sse in textu: tñ ꝓbabiliter põt credi: qz nõ oĩa scripta sũt: vt dr in fine hui⁹ euãgelij.

a Rñderũt ḡ. hic poniť sue resurrectionis p̃nũciatio: qz occasione hui⁹ facti petierũt ab eo signũ ip̃i iudei. dicẽtes: b Qd signũ ostẽdis nobis qz h facis? Quis enĩ factũ esset bonũ de se: tñ nõ ptinebat ad quẽlibet hoc facere: s3 solũ ad eũ q̃ haberet auctoritatẽ corrigẽdi excessus sacerdotũ qd nõ ꝯueniebat alicui de cõi ppl̃o. cũ sacerdotes essent in illo ppl̃o superiores: sed ꝓphete mittebanť ad hoc spãliter a deo ⁊ ideo petierũt signũ missiõis sue: ⁊ ipse dedit eis signũ ptãtis diuine in suscitatione sui corpis ꝓpria virtute. ⁊ hoc est qd dr:

Mat. 16. a

Mar. 8. b

Mat. 16. f

c Rñdit iesus ⁊ dixit eis. Soluite tẽplũ hoc. Nõ est ṽbũ inductiuũ ad hoc faciendũ: cũ fuerit simpliciter malũ ex pte iudeoꝝ. ad malũ aũt xp̃s nõ poterat inducere: sed est verbũ denunciatiuũ ei⁹ qd erat p ip̃os fiendũ. q. d. Soluite templũ hoc. i. soluetis: qz in passiõe xp̃i anima fuit soluta a corpe: ⁊ sanguis a carne: ⁊ cõtinuitas mẽbroru3 in cõfixione clauorũ ⁊ lãcee.

d Et in trib⁹ dieb⁹. excitabo illud. Nõ dicit post tres dies: qz xp̃s nõ fuit mortu⁹ trib⁹ diebus cõplete.

e Dixerũt ḡ. Hic poniť sue p̃nũciatiõis interp̃tatio. Et diuidiť ĩ duo: qz primo poniť interp̃tatio iudeoꝝ falsa. scd̃o interp̃tatio euãgeliste. ibi: Jlle aũt. Circa primũ sciendũ ꝙ iudei petierant a xp̃o signũ nõ ad credendũ ⁊ venerandũ: sed magis ad deridẽdũ ⁊ ĩpugnãdũ: qd pt3 ex hoc ꝙ statim impugnauerũt dictũ suũ: ⁊ iõ nõ fuerũt digni vt p̃diceret eis resurrectionem corpis sui manifeste: sed occulte vocãs corpus suũ templũ: ⁊ iõ voluerũt arguere dictũ suũ p materiale tẽplũ: ⁊ hoc est qd diciť: Dixerũt ḡ iudei. xlvj. annis edificatũ est tẽplũ hoc: ⁊ tu ĩ trib⁹ dieb⁹ excitabis illud. hoc dicũt deridẽdo: quasi esset ei impossibile. multo plus derisissent si resurrectionẽ corpis sui p̃dixisset manifeste: qz difficili⁹ ẽ resuscitare mortuũ q̃3 edificare tale tẽplũ. Sciẽdũ etiam ꝙ nõ loquũť hic de tẽplo facto p salomonẽ: qz illud fuit edificatũ ĩ septẽ annis: vt hr̃. iij. Reg. vj. Et p̃terea qz fuit p nabuchodonosor destructũ. iiij. Reg. vlti. sed loquunť de tẽplo reedificato post captiuitatẽ babylonicã. A primo enĩ anno cyri regis psarũ ĩ quo data est ppl̃o licẽtia redeũdi ⁊ tẽplum reedificãdi vsq3 ad sextũ annũ darij sub q̃ cõsũmatũ ẽ illud tẽplũ: fluxerũt. xlvj. anni: qz iudei ĩpediebãť a nationib⁹ ĩ circũitu eoꝝ existẽtib⁹ in edificatione tẽpli. Jste numer⁹ pt3 p hoc ꝙ cyrus regnauit. xxx. annis. cãbyses fili⁹ ei⁹ post eũ. x. qz nõ cõputať tẽpus q̃ regnauit cũ patre: post eũ regnauerunt successiue duo magi: s3 tẽpus eoꝝ dimittiť: qz regnauerũt tm̃ septẽ mẽsibus q̃bus successit Dari⁹: in cui⁹ sexto anno cõsũmatũ est tẽpli opus: ⁊ iõ de isto tẽplo loquebanť: qz illud stabat ĩ eoꝝ p̃sentia: ⁊ illud ostẽdebať: vt pt3 ĩ lr̃a. hec aũt. xlvj. ãnorũ acceptio accipiť ſm expositores latinos ⁊ grecos: ſm hebreos optet aliter accipere: sicut dixi in pñcipio libri Esdre ⁊. ix. ca. Dañ. Tñ de verificatione hui⁹ dicti: quadraginta ⁊ sex annis edificatũ est tẽplũ hoc: nõ est multũ curãdũ: qz nõ est verbũ christi: nec euãgeliste nisi tm̃ referẽdo: sed est verbũ iudeoꝝ deridẽdo xp̃m. vt dictum est: ꝯtra quẽ multa falsa dixerũt: vt. ĩ. refert euãgelista.

f Jlle aũt. Hic poniť interp̃tatio vera: qz loquebať de corpore suo noĩe tẽpli: qz humanitas xp̃i erat spũale habitaculũ ip̃i⁹ dei: ⁊ hoc est qd dicit euãgelista: Jlle aũt dicebat de tẽplo corporis sui. Hãc aũt interp̃tationẽ nõ cognouerũt tũc apl̃i: qd pt3 ex hoc ꝙ postea. Petrus audiens ab eo eius passionẽ futurã voluit eã impedire: Matth. xvj. sed post resurrectionẽ christi hanc intellexerũt ĩterp̃tationẽ: quãdo aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas Luce vl. ⁊ hoc est quod diciť:

g Cu3 ergo resurrexisset a mortuis recordati ⁊c. s. intelligendo de corpore suo.

h Et crediderũt scripture. s. ꝓphetarũ loquẽtiũ de christi resurrectione futura tertia die: Osee. vj. Viuificabit nos post duos dies: ⁊ in die tertia suscitabit nos. hoc dixit ꝓpheta: qz resurrectio xp̃i fuit causa resurrectionis nostre. ⁊ Jone. ij. dr: qz Jonas fuit tribus dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctibus in ventre ceti in figura ipsius christi.

i Et sermoni quẽ dixit iesus. quia tunc perceperunt impletionẽ verbi illius.

k Cum autem esset. Hic vltimo ponitur fructus denũciationis et p̃dicationis christi: qz christus existens hierosolymis in festo pascali ppl̃m docuit ⁊ multa miracula fecit ad cõfirmationẽ sue doctrine: ex quibus multi fuerũt moti ad credendũ. ⁊ hoc est qd diciť: Cum autẽ esset hierosolymis in pasca in die festo. Non accipiť hic dies ꝓ vna die naturali vel artificiale tantũ: sed pro toto tẽpore solennitatis pasce que durabat per septẽ dies cõtinuos.

l Multi crediderũt in nomine eius. credẽtes ꝙ ipse esset vere christus.

¶ cur. ¶ propter signa.

a mine eiꝰ vidētes signa eiꝰ q̄ facie
a ¶ nō ꝙ essent aliqd facturi nolēti q̄ habet ptātē ponendi animā suā ⁊c̄. sed quia occulta in eis no uit: ⁊ sciebat eos nō firmiter credere.

b bat. Ipsē aūt iesus nō credebat †
¶ cur. ¶ vt deus.

c semetipsū eis: eo ꝙ ipē nosset om
a ¶ ita nō et vt a nullo quicq̄ acciperet cuȝ sciret de homine quod nō ipse homo de se.

d e nes: ⁊ qꝛ ōpꝰ ei non erat vt quis testimoniū ꝑhiberet de hoīe. Ip se enī sciebat q̄d esset in hoīe.

a ¶ Vidētes signa q̄ faciebat. Sicut enī sufficiēter ostēdit veritas subiacēs facultati naturali intellectꝰ qn̄ reducit ad prima principia ꝑ se nota: ita veritas excedēs facultatē intellectꝰ qualis erat ista: qn̄ cōfirmat ꝑ opa diuina: qꝛ certū est ꝙ deꝰ nō potest esse testis falsitatis. Et iō qn̄ ad cōfirmationē alicuiꝰ doctrine inducit opus diuinū: sufficiēter ostendit qd̄ dictū est in illa esse verū: verūtn̄ qꝛ in illis credentibꝰ aliq̄ erāt adhuc imꝑfecti: ⁊ aliq̄ fingebāt eis qui erāt tm̄mō ficti: iō christꝰ adhuc nō reuelabat eis altiora mysteria catholice fidei: qꝛ ficti īdigni erāt audire: ⁊ imꝑfecti adhuc nō poterāt capere: ꝓpter qd̄ etiā ipsis apostolis dixit iesus. J. xvj. ca. Multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare modo. ⁊ hoc est qd̄ dicit: b Ipse autē iesus n̄ credebat semetipsū eis. altiora mysteria. s. fidei reuelando. ⁊ subdit causa: c Eo ꝙ ipse nosset oēs. s. istorū imꝑfectionē ⁊ illoꝝ fictionē. Modus ꝑ quē cognoscebat hic subdit:
d Et qꝛ opus ei nō erat. i. necesse.
e Ut q̄s testimoniū ꝑhiberet de hoīe. i. vt mētē et statū cuiuslibet hoīs cognosceret ꝑ informationē alteriꝰ: qꝛ hoc sciebat ꝑfecte ꝑ semetipsū. ꝓpter hoc sequit: f Ipse enī sciebat q̄d esset in hoīe. i. ī mēte ⁊ statu cuiuslibet hoīs: ⁊ ex hoc euangelista ostendit ipm̄ esse deū: cuiꝰ ꝓpriū est scire secreta cordiuȝ. Ad maiorē euidētiā p̄dictoꝝ querit vtrū cōuersio aque in vinū de qua dictū ē: fuerit xp̄i primū miraculū. Et arguit primo ꝙ nō: qꝛ christus fecit miracula ad inducēdū hoīes ad fideȝ: vt iā dictū est. sed ante illas nuptias aliq̄ ei credebant: ⁊ aliq̄ sicut discipuli ei adherebāt: qꝛ sicut dictū est: Uocatus est iesus ⁊ discipuli eius ad nuptias: ergo videt ꝙ ab eo aliqua miracula viderāt. Itē illud miraculū fecit xp̄s existens. xxx. annoꝝ: qꝛ post baptismuȝ suum fecit illud: vt patet ex p̄dictis. Ipse aūt erat incipiēs. xxx. annū qn̄ baptiçatus est: vt habet Luce. iij. Sed in libro de infantia saluatoris scribunt multa miracula q̄ fecit in pueritia ergo ⁊c̄. Cōtra hoc est illud qd̄ dictū est in littera. Hoc initiū signoꝝ fecit iesus ⁊c̄. Respōsio: nō est questio de christi potestate in operibꝰ miraculosis: qꝛ suam ptātē a principio habuit: sed querit de tp̄e quo vsus est potestate in natura assumpta q̄ erat organū diuinitatis: etiā in miraculis faciēdis: vnde ⁊ ad tactū manꝰ eiꝰ sanabant infirmi: curabant leprosi: illuminabant ceci: ⁊ ad vocē eiꝰ suscitabāt mortui: ⁊ sic ptȝ ꝙ questio est d̄ facto. Propter qd̄ sūt hic duo vidēda. primo q̄d sit circa hoc factū. scd̄o q̄ circa hoc cōueniētia sunt. Circa primū dixerūt aliq̄ ꝙ cōuersio aque in vinū nō fuit primū miraculū xp̄i absolute: qꝛ plura alia ante fecerat: ꝫ fuerat primū q̄ntū ad illa miracula q̄ fecit christus in cōspectu discipuloꝝ suoꝝ: ꝓpter hoc signanter nō dicit euāgeliū: Hoc fecit initiū signoꝝ iesus tm̄: sed addidit: In chana galilee: et manifestauit gloriā suā ⁊ crediderūt in eū discipuli eius. q. d. Alibi alia signa fecit: Sed hoc est cōtra veritatē euangelij. qꝛ. s̄. dixerat euāgelista ꝙ xp̄s adhuc erat incognitꝰ nō solū ipsi pp̄lo sed iohāni p̄cursori eiꝰ. vn̄ Johānes baptista de xp̄o loquens dixit: Et ego nesciebā eū. s. ante baptismū: vt. s̄. dictuȝ est. similiter loquēs iudeis dixit: Mediꝰ aūt vestrū stetit queȝ vos nescitis. si aūt aliqua miracula fecisset nō fuisset sic incognitꝰ: ⁊ maxime suo p̄cursori: qꝛ ad ipm̄ manifestandū natus erat: vt d̄r Luce. j. imo nec etiā p̄cursore indiguisset: qꝛ eiꝰ miracula sufficiēter manifestassent eū: ⁊ ideo dicere ꝙ fecerat miracula ante baptismū est exp̄sse cōtra euāgeliū. post baptismū vero primū signū fuit p̄dicta cōuersio aque in vinū: ⁊ ꝑ cōsequēs fuit miraculū eiꝰ simpliciter primū. Circa scd̄m sciendū ꝙ miracula christi ordinabant ad duo. s. ad manifestationem sue diuinitatis: ⁊ ad ꝯfirmationē sue doctrine ꝑ quā hoīes ad fidē adducebant: ⁊ q̄ntū ad vtrūq̄ fuit cōueniēs differre operationē miraculoꝝ vsq̄ post baptismū. hoc primo declarat in q̄ntū miracula erant doctrine sue cōfirmatiua. Quia cōfirmatio doctrine nō p̄cedit actū docēdi: sed magis sequit. Ad p̄dicationē aūt ⁊ doctrinā requirit etas ꝑfecta saltē de cōgruitate de qua agit: ꝑfecta etas est. xxx. annoꝝ: ꝓpter qd̄ ioseph suscepit regimē egypti in etate tali: vt habet Gen̄. xlj. Similiter dauid erat. xxx. annorū cum regnare cepit: vt hr̄. ij. Reg. v. et Eçechiel in. xxx. anno incepit ꝓpheticare: vt hr̄ Eçech. j. Et iō cōueniēs fuit ꝙ xp̄s ante. xxx. annū nō doceret: ⁊ ꝑ cōsequēs nec miracula sue doctrine cōfirmatiua faceret. scd̄o idē ostenditur in q̄ntuȝ miracula erant sue diuinitatis manifestatiua. Paris enī periculi est si negēt in christo vera humanitas: sicut si negēt sua diuinitas: ⁊ ideo debuit sic diuinitas manifestari vt vere humanitatis cognitio nō impediret: ⁊ iō nō fuit cōueniēs ipm̄ ante etatē ꝑfectā miracula facere: ne eius incarnatio fantastica crederet. Ad primū dicēdū ꝙ illi discipuli q̄ adheserūt ei ante miracula ipsi adheserūt ex iohānis testimonio inchoatiue ⁊ doctrina xp̄i cōsūmatiue: vt ptȝ ex p̄dictis. vnde ⁊ ad laudē discipuloꝝ hoc ꝑtinet ꝙ christū secuti sūt anteq̄ audissent eū miracula facientē: ꝫm ꝙ dicit Greg. homel. v. Ad secūdū dicendū ꝙ liber de infantia saluatoris reprobatꝰ est tāq̄ ab hereticis cōfictꝰ: vt ptȝ in decreto Gelasij pape. ⁊ ideo nō est ei fides adhibēda. Ca. II

# Moraliter.

a† Et die tertia nuptie facte ⁊c̄. Mystice nuptie tūc celebrant qn̄ sponsus ecclesie. s. ep̄us cōsecrat. † In chana galilee. chana çelus. galilea trāsmigratio īterp̄tat. Per hoc significat ꝙ ep̄i ꝯsecratio fit ꝓpter çelū animarū ⁊ ꝓpter trāsmigrationem ipius ad culmē virtutū: hec enī duo inseꝑabiliter cōcomitari debent episcopalē statū. c† Et erat mater iesu ibi ⁊c̄. nā ex cōsecratione talis ep̄i honorat iesus ⁊ mater ipius: sȝ ibi deficit vinū cōsolationis humane: ⁊ h̄ ꝓpter sollicitudinē iposite sibi cure. de qua dicit. ij. Coꝝ. xj. Quis infirmat ⁊ ego nō infirmor: q̄s scādaliçat et ego nō vror ⁊c̄. Sȝ tali p̄lato sic cōpatienti populo suo ipetrat ꝑ virginē melius vinū. i. cōsolatio melior. s. diuina q̄ tāte virtutis est ꝙ facit materiā cōsolationis illud qd̄ est alijs materia desolationis Act. v. Ibāt apl̄i gaudētes a cōspectu cōsilij: qm̄ digni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliā pati. Episcopi vero successores sūt apl̄oꝝ vt d̄r in decret. dis. xxj. ī nouo. Et iō si gaudēt d̄ apl̄ico honore debēt eis esse similes in labore. i† Et ꝓpe erat pasca iudeoꝝ ⁊c̄. Sequit: l† Et īuenit ī tēplo vendētes oues ⁊c̄. Per oues intelligunt hypocrite q̄ mentē lupinā habent sub ouina pelle. ꝑ boues q̄ sūt laboriosi significāt illi q̄ magnos labores sustinēt ꝓ principibꝰ ⁊ p̄latis: vt ꝑ h̄ ꝓmoueant ī ecclesia lȝ insufficiētes sint ⁊ īdigni: ꝑ vēdētes colūbas simoniace ꝓmoti: oēs istos eiecit d̄ tēplo xp̄s: significās ꝙ sūt exclusi d̄ tēplo glīe scto dei. † Soluite tēplū h̄ ⁊c̄. qd̄ itelligit l̄ralr̄ d̄ solutōe corꝑis xp̄i ꝑ mortē vt d̄r ī l̄ra: ꝑ qd̄ significatū fuit ꝙ iudei post ascēsiōe xp̄i conarēt soluere corpꝰ eiꝰ mysticū: ꝫ ī tribꝰ diebꝰ fuit suscitatū: ꝑ q̄s dies significāt doctrine miracula ⁊ exēpla vite ī apl̄is alijsq̄ discipul̄: ꝑ hec eccl̄iaȝ illuminātibꝰ sicut sol ⁊ luna. † Ipse aūt iesus nō crede. ⁊c̄. i. nō reuelabat eis altiora mysteria ꝫm sensū l̄ralē: qꝛ aliq̄ erāt ipfecti nō potētes ea cape: ⁊ aliq̄ ficti querētes ea deridere: ⁊ i h̄ instruxit p̄dicatores euāgelij vt nō p̄dicēt simplicibꝰ alta: ꝫ grossa ⁊ capibilia: qꝛ sūt nutriēdi lacte ⁊ nō solido cibo: nec fictis sūt dei secreta mysteria: ne derideāt ipa: ꝓpter qd̄ dicit saluator Matth. vij. Nolite sctm̄ dare canibꝰ neq̄ mittatis margaritas ante porcos: ne forte cōculcēt eas pedibꝰ suis. In ca. ij. vbi d̄r postil. Tn̄ ꝓbabiliter pōt cōcedi: qꝛ nō oīa scp̄ta sūt.

# Additio.

Probabilꝰ videt ꝯcedēdū ꝙ xp̄s n̄ funiculo cingebat sic̄ illi q̄ austerā vitā ducūt: ꝫ simplici cingulo q̄ hoīes vtūt cōiter. Nā vt Chryſ. dic̄ sup Matth. Nil plꝰ xp̄s oñdit p̄ter miscd̄iaȝ ⁊ iusticiā: dimittēs ꝗ Johāni ieiunio fulgere: ipē ꝯria icessit via ad mensā itrās publicanoꝝ ⁊ māducās ⁊ bibēs. h̄ ille. Et idē dicēdū ē d̄ his q̄ ꝑtinet ad vestitū ꝓut sctūs Tho. ī. iij. ꝑte. q. xl. ar. ij. ī rn̄sio ne ꝑmi ar. Querere āt quō ī tēplo erāt funiculi cū ibi n̄ vēdebāt: nisi ea q̄ debebāt offerri ē valde irrōnabile: tū qꝛ m̄lta inueniūt ī tēplis q̄ nō ibi ꝯsueuerūt vēdi: tū qꝛ verisile ē ꝙ tauri ⁊ aīalia q̄ ibi offerebāt portabāt ligata funicul̄.

# Replica.

In ca. ij. vbi d̄r ꝙ ih̄s fec̄ flagellū q̄si de funicul̄. dicit postil. ꝙ ꝓbabil̄r pōt credi ꝙ xp̄s cingebat funicl̄o quē duplicādo fec̄ q̄si flagellū. Bur gē. dicit ꝙ ꝓbabilꝰ sit oppositū videlȝ ꝙ cinctꝰ sit sic̄ hoīes cōiter: allegat ad id Chryſ. dicētē: Qr̄ xp̄s nihil oñdit p̄ter miscd̄iaȝ ⁊ iusticiā: dimittēs Johāni ieiunio fulgere: ipē ꝯria incessit via ad mēsā itrās publicanoꝝ māducās ⁊ bibēs. Et ita dic̄ Bur. dicēdū ē d̄ vestitu xp̄i ꝙ se nō habuit sic̄ h̄ austerā vitā ducētes: ꝫ salua reuerētia Chryſ. Xp̄s i ieiunio tātā

 austeritatē

austeritatē ondit ꝙ poti⁹ fuit ī ea admirabil' ꝗ̄ imitabil' etiā a Johāne q̄ nūꝗ̄. xl. ꝯtinuis dieb⁹ ⁊ noctib⁹ ieiunauit vt xp̄s: q̄ si aliq̄ñ cū pctōrib⁹ ⁊ publicanis mādūcauit: ñ ex h viā oppositā tenuit: q̄nīmo maiori ꝑfectione hmōi act⁹ exercuit ꝗ̄ Johānes ieiunauit. Opa enī cōdescēsionis ⁊ īpfectiōis q̄ patēt ī fuga ⁊ loculis ⁊ hmōi ꝯuersatiōe cū pctōrib⁹ ī xp̄o nullā argunt īpfectionē. nō ē igit̄ ꝓprie dictū xp̄m incessisse ꝯria via ꝑfectioni: vl' via ꝯria ad ꝟtutē quācūq; ꝑtinēte. Nec videt̄ ꝓprie dictū ꝙ xp̄s nihil ostēdit nisi misericordiā ⁊ iusticiā si vult excludere opa superogatiōis ⁊ austeritat': falsū est: infirmis ei cōdescēdere ⁊ opa īpfecta ex maxima ꝑfectione facere ꝓ loco tpe ⁊ oportunitate: nō est via ꝯtraria incedere: nec necessariū est dicere xp̄m funiculos de ligatura boum ꝓ flagellis faciēdis recepisse: vt vult Bur. Sicut enī boues ꝑ funes ducunt̄: ita ꝑ flagella ire cōpellūt̄: quapropter ita cito xp̄s inuenisset ducētiū flagella sicut funiculos. Tantū videt̄ Bur. odiū cōtra postil. habuisse ꝙ nō potuit pacifice loq̄: sed videt̄ frequēter occasiones quesisse ad sensū l'ralem modicū ꝑtinentes.

## Glo. ordi.

Ca. III

a Erat āt homo. ex. Hic erat vn⁹ ex his q̄ ꝑ signa crediderant. b Nicodem⁹ noīe. Nicodem⁹ victoria ppl'i. vl' victor ppl'i: gestās figuram oīm qui ex iudaico ppl'o in xp̄m credētes ꝑ fidē vincūt mūdū. Nicodem⁹ vel ē figura cathecuminoꝝ q̄ fidē habēt sꝫ nōdū baptiçati q̄ ī q̄dā nocte sacroꝝ accedūt. Uel ē forma eoꝝ q̄ ꝑfecte credūt: sed tñ lucē ꝑfectorū operū nondum habēt: timētes carnalium cogitationū vl' actionū vel infideliū iudeoꝝ impetū: fide sola colloquio xp̄i fruētes: bonoꝝ opeꝝ fiduciā nō habētes. c Hic ve ⁊c. Nox significat l'raꝫ leg': vl' ignorātiā cordis vel timorē. Et nocte iō forsitā venit qꝛ magister ī isrl' palā discere erubesceret vel ꝓ metu iudeoꝝ. Hic qꝛ prudenter apta signa notauit: pleni⁹ mysteria fidei req̄rit: ⁊ iō meruit doceri de deitate xp̄i ⁊ ip̄i⁹ vtraq; natiuitate: de passione: d' resurrectione ⁊ ascēsione: d' scd̄a generatione ⁊ ingressu regni celoꝝ: et d' alijs plurib⁹ rñdit iesus: d Amē amē di. ti. Nō īterrogāti scd̄am natiuitatē exponit ne credat nicodem⁹ solā fidē: q̄propt' visa signa crediderat ī iesū sufficere ad salutē: absq; spūal' regenerationis ꝟtute ⁊ absq; sacr̄is. Etiā qꝛ hoīeꝫ puꝝ ītelligebat eū nicodem⁹ vt Iohēꝫ baptistā vl' quēlibet ex ꝓph'is: iō īcepit eū instruere iesus d' scd̄a regeneratiōe q̄ ītelligit eū filiū dei: ⁊ se posse filiū dei fieri. Aug⁹. Scd̄a natiuitas d' qua docet iesus spūalis ē: q̄ ē ex deo ⁊ eccl'ia ad vitā: sꝫ ille solā carnalē sapit: q̄ ē ex adā ⁊ eua ad mortē. sꝫ sic carnalē dic̄ iste nō posse iterari: sic ⁊ spūal' a q̄cūq; facta ñ pōt iterari. Ex semīe eī veri abrae sūt nati siue ꝑ liberā siue ꝑ ancillā. e Nisi q̄s. Necessariū ē visibile sacramētū aque ad ablutionē visibil' corꝑis: sic̄ ē necessaria doctrīa īuisibil' fidei ⁊ ad scīficatiōeꝫ aīe īuisibil'.

☞ Ex aq̄

---

Erat aūt hō ex Ca. III
a ❡ q̄ credūt resurrectionē: ꝑ hoc ab alijs diuisi. ❡ quasi nota nomē.
pharīseis nicodem⁹ no-
❡ vnus de principibus.
mine pꝛiceps iudeoꝝ. Hic venit
❡ ad lucē. ❡ ip̄e ī tenebris ē nō lux: qꝛ nō renat⁹
ad iesū nocte ⁊ dixit ei: Rabbi:
❡ a deo ad celeste magisteriū venisse: cū illo deū esse sed ip̄m deū esse nō cognouit.
scim⁹ qꝛ a deo venisti magister.
a ❡ q̄ vidit in pasca fieri ab eo.
Nemo enī pōt hēc signa facere q̄ tu facis nisi fuerit de⁹ cū eo. Respōdit iesus ⁊ dixit ei: Amē amē
❡ .i. nisi spūalē intellectū symboli ꝑcipiat.
dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit de-
a ❡ qd̄ ē ex greco desursū. b ❡ .i. nō pōt cognoscere me q̄ sū regnū patris: qui sū visio veritatis.
nuō non pōt videre regnum dei.
a ❡ qui solā carnalē natiuitatē nouit q̄ nō pōt denuo fieri: ideo modū secunde querit.
Dicit ad eū nicodem⁹: Quō pōt hō nasci cum sit senex? Nunquid pōt ī vētrē matris sue iteꝝ intro
❡ modū secūde natiuitatis ostēdit.
ire ⁊ renasci? Rñdit iesus: Amen amē dico tibi: nisi quis renatus

---

## Nico. de lyra

Erat aūt hō. Post ꝗ̄ euāgelista declarauit Ca. III xp̄i diuinitatē ꝑ nature īmutationē: h idē declarat ꝑ gre reformationē de qua pꝛicipaliter agit: qꝛ ad h euāgeliū descripsit. Et diuidit̄ ī duas: qꝛ primo agit de spūali regeneratione baptismi ī quo p̄dicta reformatio inchoat̄. scd̄o de collatione multiplicis spūalis bñficij: in quo reformatio cōsūmat̄. scd̄a incipit ca. v. Post hec erat. prima in duas: qꝛ primo agit̄ de generatiōe spūali quo ad iudeos. scd̄o ꝓut deriuat̄ ad extraneos ca. sequē. Ut g cognouit. prima ī duas: qꝛ prima describit̄ spūalis generatio. scd̄o distīguit̄ a iohānis baptismo. ibi: Post hec venit. prima ī duas: qꝛ primo docet xp̄s regeneratiōis spūal' necessitatē. scd̄o ei⁹ modū siue q̄litatē ibi: Dixit ad eū nicodem⁹. tertio efficacie ip̄ius causaꝫ siue rōnē. ibi. Rñdit nicodem⁹. Et qꝛ docet ista rñdendo ad īterrogata: ideo prima diuidit̄ in duas: quia primo ponitur nicodemi interrogatio. scd̄o subiungit̄ xp̄i respōsio. ibi: Respōdit iesus. Circa primū describit̄ prima cōditio interrogātis. cū dr̄: Erat aūt hō ⁊c. Iste enī fuit vn⁹ illoꝝ de q̄bus dictū ē p̄cedēti ca. ꝙ multi crediderūt in iesū vidētes signa q̄ faciebat. Et quia ibidem subdit̄ ꝙ iesus nō credebat semetipsū eis secreta fidei reuelando: iō iste nicodem⁹ venit ad iesum in secreto ⁊ extra turbā alioꝝ: vt ab ipso pleni⁹ instrueretur. sequit̄: b Ex phariseis. qꝛ erat de secta eoꝝ. Ipsi auteꝫ cōfitent̄ resurrectionē ⁊ spūales creaturas: d' q̄bus loquebatur xp̄s: ⁊ iō ex hoc erat quodāmō disposit⁹ ad audiēdū doctrinā ei⁹. c Nicodem⁹ noīe. Hoc exprimit̄ ad ostēdēduꝫ famā ip̄ius. d Princeps iudeoꝝ. In hoc ostendit̄ dignitas ei⁹. tūc enī ppl's gubernabat̄ ꝑ doctores ⁊ sacerdotes. lꝫ enī xp̄s primos vocatos ad fidē voluerit esse simplices vt ī pluribus: ne doctrina fidei sapīe humane ascriberet̄. ita etiā a principio vocauit aliquos litteratos: ne ipsa cōtēptui haberet̄: quasi a solis simplicib⁹ recepta. e Hic venit ad iesum nocte. Nō enī audebat venire in palā ne de synagoga expelleret̄: sicut dr̄. ī. ix. ca. de parentib⁹ ceci nati: ꝙ ꝓpter h non audebāt xp̄ꝫ cōfiteri. f Et dixit ei: Rabbi scim⁹ qꝛ ⁊c. i. certū ē mihi ꝙ tua doctrina est vera ⁊ a deo data ⁊ nō humanit⁹ cōficta. ⁊ subdit cām dicēs: g Nemo enī potest hec sig. fa. ⁊c. Sicut enī certitudo veritatis hr̄ ī his q̄ subiacēt facultati naturalis rōnis ꝑ reductionē ad pꝛīa p̄ncipia. ita hr̄ ī his q̄ excedūt rōnē ꝑ vera miracula q̄ sūt sufficiēs testimoniū ꝙ doctrina ꝑ talia cōfirmata ꝓcedit a veritate pꝛīa: ml'n⁹ dixit ille nicodem⁹ ⁊ pl⁹ significauit: qꝛ ꝑ talē ꝯfessionē ondit se desiderare ab eo pleni⁹ informari. h Rñdit iesus. hic describit̄ xp̄i rñsio: qꝛ videbat nicodemum humilit̄ ⁊ vere q̄rere doctrinā xp̄i: q̄ntū ad secreta fidei: ⁊ iō incepit a pr̄io sacramēto. s. baptismo q̄ ē regeneratio spūalis: ⁊ ꝑ ꝯñs necessaria ad salutē. ⁊ h ē qd̄ dr̄: Rñdit iesus ⁊ dixit ei: i Amē amē dico ti. nisi q̄s re. fu. denuo. i. iteꝝ ꝑ generationem spūalē. k Nō pōt vi. re. dei. Uisio eī dei ꝑ eēntiā sibi soli cōpetit ꝑ naturā: hoīb⁹ aūt cōpetere ñ pōt nisi ꝑ grāꝫ ꝑ quā trahūt̄ hoīes q̄dāmō ad naturā diuinā: vt hr̄ ij. Pe. j. Magna ⁊ p̄ciosa ꝓmissa donauit: vt ꝑ h efficiamini diuīe nature ꝯsortes. h aūt nō pōt eē ꝑ generationē carnalē q̄ solū facit filios hoīm: ⁊ iō adhuc req̄rit̄ regeneratio spūal' ꝑ quā hoīes sūt filij dei. ⁊ ꝑ ꝯñs heredes vite celest'. Sꝫ ꝯ h videt̄ qꝛ p̄res veter' testa. saluati sūt: q̄ tñ nō fuerūt baptiçati. Dicēdū ꝙ tūc nō erat ī p̄cepto. ꝯsecuti tñ sūt spūalē vitā ꝑ grāꝫ ī fide xp̄i vēturi: ⁊ sic habuert̄ rē baptismi: habuerūt etiā ip̄m ī figura ī aliq̄ corrñdēte ꝑ qd̄ tollebat̄ pctm̄ originale. l Dicit ad eū ⁊c. h ꝯñr docet xp̄s modū ⁊ q̄litatē regeneratiōis spūalis. ⁊ diuidit̄ ī duas: qꝛ p̄mo ponit̄ nicodemi obiectio. scd̄o xp̄i rñsio. ibi: Rñdit iesus. Xp̄s eī dixerat eē necessariū ad salutē regenerari. iō vt modū hmōi regeneratiōis meli⁹ ītelligat: arguit ꝯ p̄dicta dupl'r. Pꝛio mō ex etate: qꝛ ille q̄ nascit̄ ē puer: a senectute ꝟo ñ pōt aliq̄s redire ad puericiā. g regeneratio videt̄ īpossibil'. ⁊ h ē qd̄ dr̄: Dicit ad eū nicodem⁹: quō pōt hō nasci cū senex sit? Erat aūt assuet⁹ sensui l'rali: ⁊ iō arguit d' generatione carnali. Scd̄o arguit ex quātitate nascēt' q̄ ē parua: vt possit īcludi ī vt'o mr̄is. ⁊ iō videt̄ īpossibile ꝙ ille renascat̄ q̄ iā ē ꝑfecte quātitat'. ⁊ h ē qd̄ dr̄: m Nūq̄d pō. ī vē. ⁊c. q. d. nō: qꝛ quātitas nō ꝑmittit. n Rñdit iesus. hic ponit̄ xp̄i rñsio. ⁊ diuidit̄ in duas: qꝛ primo ponit̄ ei⁹ rñsio. scd̄o ad h inducit̄ exemplū. ibi: Spūs vbi vult. In prima igit̄ ꝑte dicit ꝙ illa regeneratio de qua loquit̄ nō est carnalis sꝫ spiritualis: ⁊ iō nō valēt argumēta q̄ ꝓcedūt de generatiōe carnali: ꝓpt' qd̄ modū huius regeneratiōis spūalis saluator explicat ꝯñr dicēs: o Amē amē di. ti. nisi q̄s re na. fu. ⁊c. q. d. illa generatio de q̄ dixi sic ē ītelligēda: in q̄ntū aqua lauat exteri⁹: et spūssanct⁹ interius: ⁊ lotio talis bñ dr̄ generatio: qꝛ ꝑ hāc hoīes efficiūt̄ cōformes

verbo

a Ex aqua ⁊ spi. Ex aqua visibili sacra/
mēto: ⁊ spū inuisibili ītellectu vt symboluꝫ
baptismi visibilr̄ accipiat: ⁊ spūalē intelle/
ctū ipi⁹ symboli pficiat. Uel ex aq̄ visibili
⁊ spūsctō. b Qđ natū. Hāc spūalē nati/
uitatem distinguit a
carnali dicēs: qđ na
tū ē ⁊c. c Ex car/
ne. i. ex pmo hoīe p
carnis successioneꝫ:
carnale ē. Hoīe car/
nis: nō solū carnē ſꝫ
totū carnalē hoīeꝫ si
gnificat: sic eꝫ totus
hō spūalis: aīa ⁊ cor
pore spūs dr̄: d Et
qđ natuꝫ ⁊c. Uerbo
⁊ sacramēto spūs īui
sibiliter adest: q̄ nat⁹
ex adā ad morte na/
scit: fili⁹ dei ad vitā
q̄ non tm̄ spūalis dr̄
ſ spūs: q: sic substan
tia spūs est īuisibil:
ita inuisibiliter p vi/
sibile sacramētū effi/
cit dei fili⁹. e Spi
rit⁹ est. Nō aūt mire
ris si sic natum dico
spm̄: q: sic spūs vbi
vult spirat et nescis
vn̄ venit aut quo va
dat: sic ē oīs q̄ nat⁹
est ex spū. f Spūs
vbi. Quia in ptāte
habet cui⁹ cor illu/
stret. Uocē ei⁹ audis
in scripturis: vel duꝫ
loqt̄ aliq̄s plen⁹ spū
sctō: q̄ etsi audis ne/
scis vn̄ venit. i. quō
cor illi⁹ intrauit vel
quō redierit: q: natu
ra ei⁹ ē īuisibil: sic ē
oīs q̄ nat⁹ ē ex spū/
sctō: q: ipe inuisibili
ter agēte spū: incipit
esse qđ nō erat: ita vt
infidelis nesciat vnde veniat ⁊ q̄ vadat. i. q̄
gr̄a venit ī adoptionē filij ⁊ vadit ī regnuꝫ
dei: q̄ quia incognita sunt carnali: iteꝝ q̄rit
quō pn̄t h̄ fie. nō h̄ns spūalē ītellectū in lr̄a
leg⁹ ipossibile putat qđ dr̄ đ natiuitate p spi
rituꝫ: vn̄ redarguit a dn̄o: Tu es magister
⁊c. g Et vo. ⁊c. Uox spūs ē vox xp̄i: quā
audiuit nicodem⁹: ſ q: nōdū ē nat⁹ de spū:
nescit vn̄ veniat aut q̄ vadat. i. q̄ occasione
velit nasci hoīeꝫ ī spū: aut q̄ vadat. i. ad quā
pfectionē ducat ipm nascētē ex se. Naꝫ q̄ ex
eo nascit: vn⁹ cū ipo spūs p grāꝫ efficit: si/
cut etiā ipe spūs vnus ē p naturā. h Tu
es magister. ⁊c. Nō insultat ei vt supior eo
habeat q̄ oīb⁹ pest: sed q: vult euꝫ nasci ex
spū qđ nequit nisi humilis: tumidū ex ma/
gisterio humiliat. q̄si: Supb⁹ princeps: nisi
nosti: humiliare vt ille q̄ se ipm exinaniuit
⁊ nat⁹ ē ex spū: scies qđ mō nescis. i Qđ
scim⁹ lo. Jd est q: ipe est scia: locutio ⁊ ser/
mo patris. ⁊ qđ vidim⁹ testamur: q: ipse vi
sio ⁊ verū testimoniū ⁊ v̄itas pr̄is. Qđ plu
raliter: mysteriū trinitatis innuit. k Si ter
rena. Aug⁹. Et q: nō accipitis terrena: quō
potestis cape celestia. i. celestē spūs natiui/
tatē: cū nō solū nō credatis: ſꝫ nec intelligatis
terrena: q̄ de tēplo corpis mei qđ de terra
accepi dixi a vobis soluēdo: a me suscitan/
do. l Et nemo ascendit in ce. Postq̄ in/
crepauit et ad humilitē inuitauit: quia iste

diligēter

a fuerit ex aqua ⁊ spūsācto nō po
a ſ idē est intrare qđ videre. qui enim videt in/ trat: et qui intrat videt.
b test introire ī regnū dei. Qđ na
ſ. i. carnale ē habēs naturā generātis visibile ē ⁊ īuisibilib⁹ īcremētis p tp̄a pficit.
c d tū est ex carne caro ē: ⁊ qđ natū
ſ. i. sile spūi. ſ nō putes impossibile.
e ē ex spū spūs ē. Et nō mireris q:
dixi tibi: oportet vos nasci de/
a ſ. i. spūaliter. ſ q:. ſ in q̄bus vult operat et quando.
f g nuo †Spūs vbi vult spirat: ⁊ vo
ſ q̄uis vocē ei⁹ audias.
cē ei⁹ audis: ſꝫ nescis vnde veni
at aut quo vadat: Sic est oīs q̄
ſ quod nōdū es tu.
natus est ex spū. Respōdit nico/
demus ⁊ dixit ei: Quomō pos/
ſ qđ dicis vocē ei⁹ audis: et nescis vn̄ ve. ⁊c.
sunt hec fieri? Respōdit iesus ⁊
h dixit ei: Tu es magister in isrl̄ ⁊
ſ littera occidit. ſ inflat⁹ nescis: hūiles scies.
hec ignoras? Amē amē dico ti/
ſ nos: ego. s. pphetis ⁊ aplīs. a ſ qđ ī abscōdi
i bi: q: qđ scim⁹ loq̄mur: et qđ vi/
to dicit: ſ foris mūdo.
dim⁹ testamur ⁊ testioniū nr̄m
a ſ. i. testimonio nr̄o vos carnales nō creditis.
b ſ. i. si terreni corpis solutionē ⁊ resurrectionē nō credis: q̄d q̄ris agiri mysteri a spūal natiuitatis
k nō accipitis. Si terrena dixi vo/
bis ⁊ nō creditis: quomō si dixe/
a ſ quasi attamē dicā celestia.
l ro vobis celestia credetis? †Et nē

verbo incarnato q̄ ē fili⁹ dei naturalis inq̄ꝫtū ī hac generatiōe est aliq̄d sensibile
correspōdēs carni. s. aq̄: ⁊ aliq̄d īuisibile correspōdēs v̄bo. s. grā. vn̄ seq̄t: a Qđ na
tū ē ex carne. s. fm v̄tutē carnal generatiōis. b Caro ē. i. cōstituit ī vita carna
li tm̄. c Et qđ na. ē ex spū. mō p̄dicto. d Spūs ē. i. cōstituit ī vita spūali. et
ita cōcludit: e Nō mireris. i. nō debes āmirari. f Quia dixi ti. opor. vos
denuo nas. q: nō loquor đ generatiōe carnali de q̄ tu ar/
guis: ſ de spūali. g Spūs vbi vult. h saluator ad p̄di
cta adducit sensibile exēplū fm Chryso. q̄ h exponit de
vēto materiali: cui⁹ pnciplū ignorat ⁊ silr̄ finis vbi ter/
miat ⁊ tm̄ son⁹ ei⁹ pcipit: Sic mō ē ī generatiōe spūali: q:
sctūsspūs q̄ ē pnciplū hui⁹ generatiōis: ⁊ silr̄ beatitudo
eterna q̄ ē ei⁹ finis a nob nō pcipiūt ſꝫ credūt tm̄. Uō
aūt exterior ⁊ forma v̄box pcipiūt p sensū. ⁊ h ē qđ dr̄
Spūs. i. vēt⁹. h Ubi vult spi. i. flat. Si aūt arguat ꝯ
h sicut arguit Aug⁹. q̄ vēt⁹ material nō habet volūta/
tē nec a se mouet: ꝓpt qđ dicit Aug⁹. q̄ h v̄bū de spūsā
cto intelligit: pōt dici sustinēdo dictū Chrys. q̄ volūtas
ī scripturis aliq̄n accipit ꝓ inclinatiōe naturali: ⁊ h mō
accipit hic. i Et vocē ei⁹ au. sensibiliter pcipiēdo.
k Sꝫ nescis vn̄ ⁊c. Si aūt arguat ꝯ h vt arguit Aug.
q̄ oēs nouerūt ventū venire ab austro vel ab aq̄lone: ⁊
iō vadit ī partē oppositā. pōt dici q̄ h ē vex tm̄ ī genera
li: ſ ī qua pte determinate v̄sus austrū talis īcipiat ven
tus q̄ flat ab austro: vel vbi terminet oīno ignorat.
l Sic ē oīs q̄ na. ⁊c. q: sicut dictū ē ī tali generatione ē
aliq̄d occultū ⁊ aliq̄d patēs ad sensuꝫ. Propter argu/
mēta p̄dicta q̄ tm̄ sūt solubilia vt visū est: dicit Aug⁹. q̄
p̄dicta lr̄a de spūsctō intelligēda est: q̄ ī ꝓphetis ⁊ scriptu
ris sacris loquit: Uox aūt ꝓphax ⁊ scptura eox sensu
pcipit: ſ pricipiū hui⁹ scripture. s. spūssctūs ⁊ ei⁹ finis. s.
beatitudo celestis nobis occultant ⁊ sola fide tenēt: et
ista expositio videt rōnabilior: q: nicodem⁹ erat in scri/
pturis sāctis īstruct⁹: ⁊ iō videt magis q̄ saluator sibi
dederit exēplū de talib⁹ q̄ de vēto materiali: ⁊ tūc ē pla
na lr̄a. Spūs vbi vult spirat: q: nō inspirat hoīes ex na
turali necessitate ſꝫ ex mera liberalitate. Et vocē ei⁹ au/
dis. in scripturis ꝓphetax q̄ legūt in synagogis iudeo/
rū. Sꝫ nescis vn̄ veniat aut q̄ vadat: q: pricipiū īspirās
⁊ finis vltim⁹ hui⁹ īspiratiōis sibi occultāt: vt dictū est.
Sic est oīs ⁊c. exponat sicut. s. m Rn̄dit nicodem⁹.
h ꝯn̄r saluator ōn̄dit cām efficatie q̄ ē in spūali generati
one. Et diuidit ī duas: q: primo circa h ponit nicodemi
interrogatio. scđo xp̄i rn̄sio. ibi: Rn̄dit iesus. Circa pri/
mū sciēdū q̄ ꝯsuetudo q̄dā natura ē vt dicit phus libro
de memo. ⁊ re. Et q: iste nicodem⁹ erat assuet⁹ legi mo/
saice q̄ ꝓmittit carnalia: iō nō potuit cape spūalia: ꝓpt
qđ q̄rit vlteri⁹ circa p̄dicta dicēs: Quō possūt hec fieri?
n Rn̄dit iesus. hic ponit xp̄i rn̄sio. Et diuidit ī duas:
q: pmo rephēdit nicodemi tarditatē. scđo ōn̄dit baptismal efficatie cāꝫ. ibi: Et
nemo ascēdit. Arguit aūt tarditatē nicodemi ad ītelligēdū ⁊ credēdū p̄dicta
ex trib⁹. prio ex cōditione audiētis q̄ erat doctor ⁊ perit⁹ ī lege: ⁊ p ꝯn̄s deberet
talia cognoscere. ⁊ h ē qđ dr̄: o Tu es ma. in isrl̄: ⁊ hec ignoras? Sꝫ posset
aliq̄s dicere q̄ nō erat mirū si talia ignorabat: q: nō ptinebāt ad vet⁹ testamen
tū ī quo erat instruct⁹. Dicēdū q̄ ī lege moysi figuratiue cōtinebat baptismus
fm q̄ dicit apl̄s. j. Cor. x. Oēs ī moyse baptiçati sūt ī nube ⁊ ī mari: q: ī vtro/
q̄ fuit baptism⁹ figurat⁹. Legis aūt doctores debebāt scire figuras ei⁹ lꝫ ad h
nō teneret vulgus. Itē ī ꝓphetis q̄s frequēter legerat exp̄mit baptism⁹: Eçech.
xxxvj. Et effundā sup vos aquā mūdā ⁊ mūdabimini ab oīb⁹ inquinamentis
vestris ⁊c. Itē Zach. xiij. In die illa erit fons patēs domui dauid ⁊ habitāti/
b⁹ hierlm̄ ī ablutionē pctōris ⁊ mēstruate. scđo arguit tarditatem nicodemi ex
cōditione dicētis p̄dicta: q: xp̄s dicebat ea q̄ certitudinalit sciebat: iō cito debe
bat acq̄escere: ⁊ maxie q: ei⁹ doctrinā ꝓfessus fuerat a deo datā: ⁊ h ē qđ dr̄ h.
o Amen amē dico tibi: q: qđ sci. lo. ⁊ qđ vi. testamur. Christ⁹ eni fm diuini/
tatē habet eādē sciētiā cū patre: in humana etiā natura cognoscit oīa q̄ cogno
scit de⁹ noticia visionis. iō dicit: Qđ vidim⁹ testamur: ⁊ testimoniū nostrū nō
accipitis: q: pauci iudeox cōpatiue crediderūt xp̄o. iste etiā nicodem⁹ erat ad
capiendū q̄ dicebat tardus. tertio arguit eū de cōditione materie de q̄ erat ser/
mo q̄ est facilis ad intelligendū respectu emanationis verbi a patre ⁊ spūssan/
cti ab vtroq̄: ⁊ maxime q: ī lege ī qua iste erat exercitatus p ablutiones aliq̄s
amouebant immūdicie alique: ⁊ ideo de facili deberet capere qualiter p ablu/
tionē aque exteri⁹ ⁊ virtutē diuinā interi⁹ fit ablutio aīe: ⁊ hoc est qđ dr̄:
q Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis. Regeneratio spūalis terrena pōt dici
inq̄ꝫtum efficit ī terra ⁊ sub elemento sensibili. s. aqua. Uel dicit terrena: q: ad
hoc induxerat exemplū sensibile de vento flante in terra fm expositionē Chry/
sos. p̄dictā. r Quō si dixero vobis celestia credetis. Celestia hic vocat ema/
nationem personarum in diuinis que est valde ardua et de difficili valde intel
ligibilis. s Et nemo ascendit in celum. Reprehensa eius tarditate saluator
procedit ad reddendum causam efficacie que est in spirituali generatione. Et

diuidit

†De tem. c. insi. 4. verum.

B

† Eph. 4. b

diligēter his q̄ audiuit attendit: instruit adhuc de celestib⁹ ⁊ terrenis. Celestis est ei⁹ ascēsio ad vitā: Terrena ei⁹ exaltatio ī cruce ad mortē: q̄si intellige celestia q̄ nō carnales ⁊ idē itellige d̄ ascēsione. Renati enī spūaliter ascēdēt in celū: s̄ nō nisi sint mēbra coherētia illi q̄ in vna ꝑsona est hō ⁊ dei filius: vt sciat iste nullū ex se ꝑ xp̄m posse ascendere. Et iō non dicit hoīes ascēdere: sed filiuȝ hoīs totū cū corꝑe qui s̄m deitatē descendit de celo: ⁊ est in celo nō s̄m ꝙ ē homo. Et quia hec ascēsio nō pōt esse nisi redemptis ꝑ passionē. iō s̄bdit:

a Nisi q̄ descen. Hoc ꝑtinet ad secūdā natiuitatem in spū: q2 nemo in christo ad patrem ascendit nisi q̄ ex spiritu nascit̄. Nemo saluat̄ ꝑ mortē christi nisi q̄ ex spiritu nascit̄. Nemo nascit̄ ex spū nisi ī morte xp̄i. Et cū dicit fili⁹ hominis: dat nobis certitudinē ascendendi cū filio hominū simus.

C †De pe. di. 4. b̄ndict⁹ deūs.

b Et sicut moyses ex. Supponit d̄ morte sua q̄ est origo ⁊ cā habendi p̄dicta in cuius fide eū instruit: ⁊ q2 carnalis erat ⁊ not⁹ ī lege: iō quādā legis ꝑtē adducit: quā ōndit eē figurā ⁊ mortis sue significatiuā vt etiā sic pateat de alijs ꝑtib⁹ leg. ꝙ sint ī figura. Et q2 mors ītelligit̄ ꝑ serpētē: ⁊ xp̄s mortu⁹ serpēs d̄r: quē q̄ fide intuet̄: liberat̄ sic intuitu illi⁹ ī figura ab ignit. serpētib⁹ liberāt̄ q̄ significāt īcētiua vitiox. (Nu. 21. c) c Ita exal. Magistrū leg. ad significationē leg. īuitat: ⁊ q2 dixerat d̄ filio hoīs: ne h̄ solū putet nicodem⁹: subdit eūdē etiā eē filiū dei. d. Sic enī deus.

d Sic ei ⁊c. Aperit cām hūane salut. s. dilectionē dei p̄ris: ex q̄ oīs restauratio ē ꝑ filiū suū in spūsctō. e Mūdū. Cosmos grece qd̄ latine mūd⁹ īterp̄tat̄: ornat⁹ d̄r. Per mūdū igit̄ hūana natura significat̄: nō ꝙ s̄m corp⁹ ex q̄ttuor elemēt. cōstet: sȝ q2 s̄m aīam adeo ē ornata ⁊ ad imaginem dei ē facta: quā ad h̄ diligit de⁹ vt eā eternā faciat. f Ut filiū. Ecce idē dicit de filio dei qd̄. s̄. de filio hoīs: vt ꝑ quē ī deitate cōditi sum⁹: ꝑ eūdē ī hoīe restauremur.

g Ut iudi. Nōdū apparuit iudiciū: sed iā factū est iudiciū. (2. Tim. 2. c) Nouit dn̄s q̄ sunt ei⁹. Nihil enī aliud est iudiciū. i. eterna dānatio: q̄ȝ nō cognoscere ⁊ nō credere ī filium dei: sicut nihil aliud est beatitudo et vita: nisi credere ⁊ cognoscere filiū dei. vn̄ dicit̄ (J. 17. a) Hec ē vita eterna: vt cognoscāt te solū deum verū ⁊ quē misisti iesum christū.

h Sed vt saluet̄ ⁊c. Ex eo saluat̄ homo non iudicatur. sed si iudicat̄ ex se: habuit: quia non credidit.

Hoc est

---

(s̄m ꝙ hō.) (a s̄m ꝙ deus.)
a Nemo ascēdit ī celū nisi q̄ descēdit d̄ (a q2 ⁊ idē est fili⁹ dei.) (b s̄m ꝙ deus.)
b celo filius hoīs qui ē in celo.† Et (quasi hoc modo illud fiet. s. ꝑ mortē xp̄i.)
sicut moyses exaltauit serpentē ī (in cruce.)
c deserto: ita exaltari oportet filiū (i. vera fide intuetur in ipsum.)
hoīs: vt oīs q̄ credit in ip̄o nō pe (h̄ ꝑ filiū hoīs: q2 idē ē fili⁹ dei: ex dilectiōe dei)
d reat: s̄ habeat vitā eternā† Sic ei (ad h̄ missus: sic enī. d. ⁊c.) (i. humanā naturā.)
e f dilexit deus mundū vt filiū suū (i. in mortē vt oīs aspiciēs in eius morte nō pereat: sed habeat vitā eternā.)
vnigenitū daret: vt oīs qui credit in eum nō pereat: sed habeat (vere salus ꝑ filiū dei: non enī alia cā venit nisi vt saluet: nō vt iudicet. i. damnet.)
vitā eternā. Nō enim misit deus (in humanā naturā.)
g filium suū in mūdum vt iudicet (vnde saluator mūdi dicit̄.)
h mundū: sed vt saluet̄ mundus ꝑ (q2 ꝑ fidē dimittunt̄ pctā ꝓ q̄bus damnaret̄.)
ipsuȝ.† Qui credit in eū non iudicatur. Qui aūt nō credit iam iu (ne dicā iudicabit̄.) (cur.)
dicatus est: qui nō credit in noīe

(a; b†; c; d†; e; f; g†; h; i; k; l) (†Nu. 21. c) (†1. Joh. 4. b)

---

diuidit in duas: q2 primo facit qd̄ dictū est. scd̄o manifestat ꝓpositū. ibi: Sic de⁹ dilexit. prima in duas s̄m duplicē cām quā assignat. scd̄a ponit̄. ibi: Et sicut moyses. Circa primū sciēdū ꝙ causa principalis efficacie baptismalis est mysteriū incarnationis ꝑ quā fili⁹ dei vniuit sibi humanā naturā in mūdū descēdēdo. Naturale est aūt ꝙ quelibet res ad locū sue originis reuertat̄: ideo verbū incarnatum ad patrē redire pōt ascēdēdo: ⁊ q2 ꝑ generationē spūalē hoīes efficiunt̄ mēbra ei⁹ ⁊ ipsi vniunt̄: ⁊ ꝑ cōsequēs cū ipso ad celestia trahunt̄ virtute verbi incarnati. Sic soluta est questio Nicodemi qua querebat quō possūt hec fieri. ⁊ hoc est qd̄ dicit̄: Et nemo ascēdit in celū nisi q̄ descendit de celo: q2 sicut dictū est hoīes nō ascēdunt illuc nisi inq̄ātū efficiūt̄ mēbra verbi incarnati: ⁊ q2 verbū non descēdit de celo ꝑ motū localē celum dimittēdo: sed carnē de nouo sibi vniendo: ideo ad hoc denotādū subdit̄:

a Aspiciebāt. Hic cōsiter denūciat ꝓditorē. Et diuidit in duas. qꝛ p̄mo ponit denūciationis occasio. scḋo ipa denūciatio. ibi: Rn̄dit iesus. Occasio huiꝰ denūciationis fuit duplex. p̄ma fuit stupefactio ⁊ cōturbatio: q̄ tangit ibi cū dr̄: Aspiciebāt ḡ adinuicem discipuli hesitātes de q̄ diceret: Erāt enī admirati. qꝛ q̄libet eorum p̄ter iudā sentiebat se totaliter firmatū in cōtrariū dicto ipiꝰ xp̄i. ⁊ cōsiliter de suis socijs sicut de se cogitabat. verūtn̄ ꝓpt firmitatem verborum xp̄i magis eiꝰ dicto credebāt q̄ꝫ suis cōsciētijs. ⁊ ideo nō hesitabāt de euētu rei: sꝫ de illo p quē h̄ eueniret. scḋa occasio fuit familiaritas iohis cuꝫ xp̄o ꝓpt quā xp̄s sua secreta ei reuelabat: ⁊ hec causa exp̄mit cū dr̄: b Erat ḡ recūbēs vnꝰ ex discipulis eiꝰ i sinu iesu. i. familiariter ei ꝓpinquꝰ ex dilectione. ꝓpt h̄ sequit: c Quē diligebat iesus. spālia ei signa dilectiōis ostēdēdo p̄ ceteris. ꝓpter mūdiciā virginalē. Notādū q᷑ iohes hic de se loquit p modū alteriꝰ psone. hic enī ē modus loquēdi istorum q̄ canonicas scripturas cōscripserūt. qn̄ in eis de se q̄s loq̇t. vn̄ paulus ij. Cor. xij. loquēs de seipso dicit: Scio hoīem i xp̄o ⁊c. ⁊ dauid. ij. Reg. xxiij. Dixit vir cui cōstitutū est de christo ⁊c. d Innuit ḡ huic. s. iohanni. e Simon petrꝰ ⁊ dixit ei q̄s est. de q̄ dicit: Petrꝰ enī quodā signo significauit iohanni vt peteret a xp̄o sibi familiari de q̄ dixerat. licꝫ enī petrꝰ al's solitꝰ eēt iterrogare a xp̄o p̄ ceteris. tn̄ tūc non fuit ausus petere: qꝛ imediate fuerat rephēsus de indiscreta locutiōe cum dixerat xp̄o: Nō lauabis mihi pedes ⁊c. f Cū recubuisset ille. s. iohānes. g Supra pectꝰ iesu. i. inclinatꝰ ꝓpe os eiꝰ. ⁊ sic erat idonee positꝰ ad iterrogādū ⁊ audiēdum aliqḋ secrete ab eo. h Dicit ei dn̄e q̄s ē. ille. s. ꝓditor. i Rn̄dit iesus. Posita occasiōe denūciatiōis. h̄ ponit denūciatio ꝓditoris. Et diuidit in tres. qꝛ p̄mo exp̄mit ipa denūciatio. scḋo rei denūciate pmissio. ibi: Et dixit ei. tertio pmissiōis executio. ibi: Cum ḡ accepisset. In p̄ma pte dr̄ sic: Rn̄dit iesus ipi iohāni i silētio: qꝛ si alte dixisset petrꝰ erat ita feruidꝰ q᷑ statim insurrexisset in ꝓditorē. k Ille ē cui ego itictū panē porrexero. p h̄ notat iude fictio. qꝛ sicut panis intinctꝰ habet saporē i supficie aliū q̄ꝫ interiꝰ. ita iudas se simulabat exteriꝰ xp̄i discipulū. cū tn̄ interiꝰ eēt eiꝰ ꝓditor. Uel aliter dedit iude panē itinctū ad ostēdēdū iude ingratitudinē ⁊ xp̄i māsuetudinem. Panis enī intinctꝰ sapidior ē ad comedēdū. ideo xp̄s iude fecit istud obsequiū ad declarādū suā benignitatē ⁊ iude malignitateꝫ q̄ ex h̄ nihil mouebat ad cōpūctionē. Sciēdū tn̄ q᷑ iste panis itinctus nō fuit corpꝰ xp̄i: sꝫ an̄ ipm accepat in pane nō intincto. ideo statutū ē q᷑ corpꝰ xp̄i intinctū nō dat fidelibꝰ. vt habet de cōse. dis. ij. Cū oē. l Et post buccellā itroiuit i eū sathanas. nō de nouo cū iā pꝛiꝰ xp̄m vēdisset. sꝫ itroiuit i eū ad amplꝰ ipm possidēdū. qꝛ ingratꝰ obsequij xp̄i factꝰ ē in ptāte demonis magis q̄ꝫ ante. m Et dicit ei iesus. Hic ponit ꝓditionis pmissio. nō enī poterat aliqḋ facere nisi xp̄o pmittēte. ideo dixit ei: n Qḋ facis fac citiꝰ. Non dicit h̄ p̄cipiendo vel cōsulēdo: qꝛ p̄ceptū diuinū vel cōsiliū nō pōt eē de malo. sꝫ tātūmodo pmittēdo rōne dicta. tn̄ verba xp̄i fuerūt alijs apl'is obscura. ideo seq̇t: o Hoc aūt nemo sciuit discūbētiū. p̄ter iudā. p Ad q̄d dixerit ei. Verbū p̄dictum de alijs a iohāne nō errat mirū si ignorauerūt: qꝛ soli iohāni dixerat xp̄s: Cui dabo panē. Sꝫ de iohāne mirū videt. ideo dicēdū q᷑ audito verbo xp̄i ita fuit attonitus ⁊ suspēsus q᷑ nō aduertit illud qḋ postea dictū est ipsi iude a saluatore. ⁊ ideo discipuli verbū xp̄i aliter interp̄tabāt. ⁊ hoc est qḋ dr̄: q Quidā enī putabāt qꝛ loculos habebat iudas. i. qꝛ portabat elemosynas datas p xp̄o ⁊ discipulis eiꝰ. r Qꝛ dixisset ei iesus eme ea q̄ opꝰ sūt nob ad diē festū. q̄ iminebat in crastino: vt dictū est. In talibꝰ enī solennitatibꝰ iudei lautiꝰ viuebāt. s Aut egenis aliqḋ daret. qꝛ ad vtrūq̄ꝫ istorum pecunia portabatur: vt. s. dictū ē ca. p̄ce. t Cū ergo accepisset. Hic describit proditionis executio. Et diuidit in duas. qꝛ p̄mo ponit dicta executio. scḋo pnūciat ex hoc sequēs xp̄i glorificatio. ibi: Cū ergo dixisset. In p̄ma pte dr̄ sic: Cum ergo accepisset ille buccellā. Dicūt aliq̄ q᷑ tm̄ accepit i manu: sꝫ nō comedit: qꝛ diabolꝰ nō pmisit eū tādiu stare ibi: eo q᷑ nō poterat sustinere p̄sentiaꝫ xp̄i. ⁊ h̄ nō ē verisile: qꝛ diabolꝰ i p̄sentia xp̄i diu stetit i deserto ipm tentādo. ideo aliter exponit: Cū ergo accepisset. i. comedisset. accipe enī cibum idem ē qḋ comedere. v Exiuit cōtinuo. ad querēdū cohortem q̄ capet xp̄m. x Erat aūt nox. Hoc exp̄ssit euāgelista ad ostēdēdū oportunitatē tpis ad pagendū ꝓditionē. ⁊ ad denotādū i iuda mētis tenebrositatem. y Cum ergo exisset. Hic p̄nūciat sequēs xp̄i glorificatio. sciebat enī discipulos cōturbādos de eiꝰ recessu. ⁊ ideo p̄mo ostēdit gloriā quā erat adepturꝰ p suā mortē. scḋo denūciat ipam mortē. ibi: Filioli. In p̄ma igit pte dr̄: Cū ergo exisset iudas ad pcurādū xp̄i mortē. z Dixit iesus nunc clarificatꝰ est filius hoīs. Dicit enī aliqḋ iam esse qn̄ incipit. passio autē eiꝰ extūc incipiebat. p quā fuit multipliciter clarificatꝰ: vt dictū ē ca. p̄ce. et ideo dixit se iā clarificari. a Et deꝰ clarificatꝰ est in eo. qꝛ passio xp̄i erat ordinata ad dei gloriam inq̄ꝫtū ibi maxime relucebat diuina miscḋia ⁊ iusticia. ⁊ inq̄ꝫtū p eā multitudo gētiū adducta ē ad glorificādū deū. dicit aūt glorificatio q̄si clarificatio: qꝛ gloria est clara noticia cum laude. vnde gloria dicitur quasi claria. c. mutata in. g.

Marginal references: † Ma. 26. b mar. 14. b Luc. 22. e; Jo. 21. f

Et deus

est in eo:qꝛ nõ q̃siuit ille voluntatẽ suã:ſ; patris. ⁊ deꝰ cla.ẽ in semetipso:vt humana natura ꝯbo vnita etiã ĩmortali eternitate donet. Et hec clarificatio est cõtinuo.i.ĩmortalis resurrectio non differet̃ i fine:sicut oĩm ad quã põt referri ⁊ pꝛiꝰ dictũ vt dicat̃:Nunc: nõ de instanti tpe passionis:sed de ꝓximo resurrectiõis quasi sit factũ qḋ mox ẽ futurũ.

a ſ qꝛ nõ q̃siuit nisi gloꝛiã patris.

tus ẽ i eo. Si deꝰ clarificatꝰ est in eo ⁊ deus clarificabit eũ i semetipso:⁊cõtinuo clarificabit eũ.† Filioli adhuc modicũ vobiscũ sum.

ſ volentes sequi me. ſ sed sine modo.

†Queretis me:⁊sicut dixi iudeis:

ſ iudei nunq̃.

†quo ego vado vos nõ potestis venire:

a ſ idẽ dico vobis sed cũ mõ. b ſ ne desperent addit̃ modo. c ſ sed vt aliqñ sequimini.

et vobis dico modo †.Mandatũ nouum do vobis:vt diligatis inuicẽ sic dilexi vos:vt ⁊ vos

a ſ ideo ⁊ vos: in q̃ innuit se conferre diligendo nos:vt mutua dilectiõe inter nos cõstringamur.

a ſ nõ in alijs q̃ etiam non mei habent.

diligatis iuicẽ. In hoc cognoscẽt oẽs qꝛ discipuli mei estis:si dilectionẽ habueritis adinuicem. Dicit ei simon petrꝰ: Dñe quo vadis?

a ſ hꝫ ẽ fons in q̃ alienꝰ nõ cõicat vt ait salomon.

a ſ quasi non festines qꝛ nõdũ est indutus virtute ex alto:⁊ ideo ne interim p̃sumas.

Respondit iesus: Quo ego vado

a ſ nunc nõ poterant apl̃i:nondum spũ con.⁊c̃.

ſ ne desperes.

non potes me modo sequi:sequeris autem postea. Dicit ei petrꝰ: Quare non possum te sequi modo? Aiam meam ꝓ te ponã. Respondit iesus:† Animã tuã ꝓ me

a ſ qui totum nouit ⁊ docet.

ſ qñq̃:sed ꝓpe est vt neges timore mortis vitã ⁊ occidas tuam animam.

pones?†Amẽ amẽ dico tibi:nõ cãtabit gallꝰ donec ter me neges.

a ſ xp̃m q̃cq̃d in verbis sones.

a Filioli. Augustinꝰ. Quia dixerat ꝙ deꝰ ẽ cito clarificaturꝰ eũ:ne putarẽt ꝙ nõ vltra iũgeret̃ eis ꝯuersando i t̃ra:addit:adhuc modicũ vobiscũ sũ i infirmitate carnis sicut et vos:vsq; ad horã mortis:sicut post resurrectionẽ dicit:cũ; essem vobiscũ i carne mortali. Al' modicũ vobiscũ sũ:si nõ in eadẽ q̃litate tꝑali tñ i terrena ꝯuersatiõe post resurrectionẽ.xl.diebꝰ. De p̃ñtia aũt diuina q̃ cũ eis est vsq; ad ꝯsũmatiõe; seculi nõ põt hꝫ accipi:qꝛ nõ ꝯueniret qḋ sequitur: Queretis me:⁊ nõ potestis venire. Tunc eni implebit̃:vbi ego sũ ⁊ illi sũt. b Quo ego vado. Nũc nõ poterãt apl̃i nõdũ spũ cõfirmati seq̃ dñ;.i.mori pꝛo dño ⁊ iusticia:vel venire ad vitã ĩmortalẽ ad quã ip̃e ibat secuturi aũt erant postea. Quõ autẽ idonei possint esse et ꝑgere q̃ ille antecedit docet. Mandatũ nouũ do vobis. c Mãdatu; nouum. Augꝰ. Nõ ꝙ hꝫ nõ sit i antiq̃ lege:Diliges ꝓximũ tu.si.teip.et non ꝙ antiq̃ sãcti nõ sic dilexerũt:sed qꝛ dilectio de veteri facit nouum hoie; q̃cũq; tpe:qḋ tñ nõ facit dilectio q̃ ẽ naturali necessitudie:vt inter ꝯiuges:p̃res ⁊ filios et hmõi:vt taceamꝰ de turpi q̃ ẽ inter amatores. Et ideo pulchre determiat:Sic̃ dilexi vos.ꝑducturꝰ ad fidẽ sine fine:ea dilectiõe diligite:vt sitis filij dei fratres vnico filio:q̃ dilectio facit mori seclo. d Vt diligatis. Nõ putetur hꝫ p̃termissa dilectio dei q̃ ẽ i dilectiõe ꝓximi. In ꝓxio eni nõ nisi deꝰ diligit̃:sic̃ ⁊ xp̃s i nobis diligit deũ.⁊ nõ ꝙ hꝫ habeamus:ſ; vt haberemꝰ sic̃ medicꝰ in egro:nõ morbũ ſ; salutẽ quã venit dare. e Dñe q̃va. Audito q̃ ego vado:⁊ ĩtellecta via q̃ seq̃ põt.i.dilectione:dicit petrꝰ vt seq̃ paratꝰ. Et qꝛ hunc eiꝰ animũ nouit dñs:dixit nõ modo eum posse in quo non abstulit spem futuri:ſ; cõfirmauit.seq̃ris autem postea. f Aiam meã. Multũ p̃sumit q̃ aiam ꝓ eo ponẽ ꝓmittit:q̃ nondũ ꝓ petro aia; dedit:q̃si p̃ire possit. Augꝰ. Volũtatẽ suã:s; nõ vires suas cognoscens vt infirmus volũtatẽ suã iactat:sed inspiciebat inualitudinẽ medicꝰ. Ille ꝓmittebat:ille p̃noscebat:et qui nesciebat audebat:q̃ p̃sciebat docebat. g Nõ cãtabit gallꝰ donec ter me neges. Petrus ante primum gallicantu; trinam negationem incipit;tota; autem perficit ante secundũ gallicantum.

Leui.19.c

a Et deꝰ clarificabit eũ i semetipo.i.deꝰ pr̃ ꝑ seip̃m clarificabit filiũ in q̃ctũ in morte eiꝰ mirabilia ostẽdit.⁊ eũ a morte resuscitauit. b Et ꝯtinuo clarificabit eũ.i.sine moꝛa:qꝛ nõ ẽ derelictꝰ in inferno:nec caro eiꝰ vidit corruptionẽ.vt hr̃ Act̃.ij.qꝛ accelerata ẽ sua resurrectio. c Filioli. Cõsequẽter hic denũciat suũ recessũ ꝑ mortẽ. Et diuidit̃ i duas.qꝛ p̃mo denũciat predictũ recessũ.scḋo ostẽdit q̃liter possint eẽ idonei ad sequẽdũ ip̃m.ibi:Mãdatũ nouũ. Dicit ḡ p̃mo. Filioli.in q̃ ostẽdit teneritudinẽ amicicie ad eos. d Adhuc modicũ vobiscũ sũ.i.modico tpe.⁊ ſ;m aliq̃s intelligit̃ istud tps modicũ vsq; ad ascẽsionem:qꝛ vsq; tunc apparuerat eis corꝑaliter.ſ; meliꝰ dꝛ ꝙ istud tps modicũ ĩtelligit̃ vsq; ad aduẽtũ iude ⁊ militũ:qꝛ tũc fuit eis subtractꝰ. e Queretis me.i.desiderabitis me habere in p̃sentia vr̃a. f Et sicut dixi iudeis.qꝛ nõ poterãt me sequi ca.vij.ita nũc dico vobis: g Quo ego va.vos nõ po.venire.qꝛ adhuc imꝑfecti estis.verũtñ qꝛ ista imꝑfectio erat tollenda ab eis ꝑ grã; spũssc̃ti.ideo subdit̃: h Et vobis dico mõ. q.d.l; ꝓ nũc nõ possitis me seq̃.tñ postea poteritis:qꝛ recepta spũssc̃ti grã gaudebãt i tribulationibꝰ ⁊ opꝓbꝛijs:vt hr̃ Act̃.v. Qñ aũt dixit iudeis ꝙ nõ poterãt eũ seq̃.nõ addidit hãc determinationẽ mõ.ostẽdẽdo ꝙ illa imꝑfectio ⁊ malicia nõ erat ab eis tollenda. i Mãdatũ nouũ. Hic ꝯsequenter ostendit modũ sequẽdi ip̃m.s.ꝑfectionẽ charitatis q̃ aia; facit ponere ꝓpt̃ xp̃m.⁊ hꝫ ẽ qḋ dicit:Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inicẽ. Sciẽdũ ꝙ mãdatũ dilectiõis nõ dꝛ nouũ:qꝛ ꝓ tũc fuerit d̃ nouo datũ. In veteri eni testamẽto fit mẽtio frequẽter d̃ dilectiõe dei ⁊ ꝓximi:ꝓpt̃ qḋ legisperitis r̃ndit xp̃s mãdatũ dilectiõis eẽ inter alia maximũ:vt hr̃ Mat.xxij. S; ꝓ tãto hꝫ dꝛ mãdatũ nouũ ab affectu:qꝛ aia; renouat.⁊ iterũ qꝛ differẽtiã noui testamẽti ⁊ veteris ꝯstituit. Lic; eni in lege veteri fieret mẽtio de dilectiõe.tamẽ p̃ncipalitꝰ inducebãt̃ ad obseruãtiã legis ex timore.⁊ eodẽ mõ in nouo testamẽto bñ fit mẽtio de timore:sed p̃ncipaliꝰ de amore.vnũquodq; aũt a principaliori vel euidẽtiori denoiat̃.ꝓpt̃ qḋ vetꝰ testamentũ dꝛ lex timoris.nouũ aũt lex amoris. Cõsequẽter ostẽdit modũ diligendi.dicens: k Sicut dilexi vos ⁊c̃.i.gratuite ⁊ efficaciter ⁊ recte.sic eni xp̃s dilexit nos:qꝛ in dilectiõe nos p̃uenit:vt dꝛ.j.Joh.j. Prior dilexit nos.⁊ sic gratuite. Aia; etiã suã ꝓ nobis posuit.⁊ sic efficaciter dilexit.hãc etiã dilectionẽ ad nr̃a; beatitudinem ordinauit:⁊ sic dilexit nos recte.⁊ hꝫ mõ debemꝰ nos inuicẽ diligere. l In hꝫ cognoscẽt oẽs:qꝛ discipuli mei ⁊c̃. Sola eni charitas distinguit int̃ filios regni ⁊ filios ꝑditionis:vt dicit Augꝰ.xv.de trinitate. m Dicit ei simon. Supiꝰ declarauit xp̃s defectũ discipuli ip̃m ꝓdituri.hꝫ ꝯñter defectũ discipuli eu; negaturi.⁊ primo ostẽdit̃ huiꝰ ostẽsiõis occasio q̃ fuit iactãtia petri de sua cõstãtia ⁊ fidelitate. Christꝰ eni dixerat:Quo ego vado vos nõ potestis venire mõ.ıḋo petrꝰ feruidꝰ petijt statim a xp̃o: n Dñe q̃ vadis.q.d.oibꝰ modis volo te sequi. o R̃ndit iesus.repmẽdo eiꝰ p̃sũptionẽ. p Quo ego va.non po.me mõ seq̃.qꝛ adhuc erat imꝑfectꝰ ad tolerãdũ ꝯstãter mortẽ ꝓ xp̃o. sic̃ patuit per sequẽtẽ effectũ. q Seq̃ris aũt postea.qꝛ finalit̃ ꝓ xp̃o crucẽ gaudẽter sustinuit. r Dic̃ ei petrꝰ.ꝓprie fragilitatis inexꝑtus: s Quare nõ pos.te seq̃ mõ.q.d.ĩmo possũ:hꝫ ostẽdit ꝑ factũ. t Aiam meã ꝓ te ponã.nõ dixit mẽdaciũ:qꝛ ꝓtunc sic cogitabat facere añq; dimitteret xp̃m. v R̃ndit ei iesus.p̃dicẽs eiꝰ defectũ. x Aiam tuã ꝓ me pones?q.d.nõ sic erit. y Amẽ amẽ di.ti.nõ cãtabit ⁊c̃. Mar.xiiij.dꝛ añq; gallꝰ bis vocẽ dederit. ſ; hãc ꝯtrouersiã solui Mat.xxvj. Querit̃ vtrũ cena in hꝫ ca. descripta in q̃ xp̃s corpꝰ suũ discipulis suis tradidit in sacro fuerit facta luna.xiiij.existẽte. Et arguit̃ p̃mo ꝙ nõ.ꝑ illud qḋ dicit iohes i p̃ncipio huiꝰ ca. Añ diẽ festũ pasche cuiꝰ p̃ma dies erat luna.xiiij.qꝛ tunc incipiebat pascha ḡ illa cena de q̃ loq̃t̃ iohes fuit añ lunã.xiiij. Itẽ infra.xviij.ca.dicit iohes ꝙ iudei nõ ĩtrauerũt p̃toꝛiũ pilati:vt nõ ꝯtaminarẽt̃:ſ; mãducarent pascha.ḡ in vespere illiꝰ diei q̃ passus ẽ xp̃s:mãducauerũt agnũ paschalẽ. ipsi aũt tenebãtur ex lege comedere illũ luna.xiiij.ḡ cũ cena p̃dicta fuerit i vesꝑe p̃cedẽtis diei:ptꝫ ꝙ fuit luna.xiij. Cõtrariũ dicit beatꝰ Hiero. videl; ꝙ xp̃s illam cenã fecit luna.xiiij.⁊ passus ẽ luna.xv.existẽte. R̃nsio. Greci dicunt ꝙ ista cena facta fuit luna.xiij.ꝓpter auctes allegatas in arguendo ꝓ ista pte:⁊ dicũt ꝙ xp̃s p̃uidẽs tps sue passiõis futurũ illa die q̃ imolabat̃ agnꝰ paschalis vt ĩmolatio agni veri correspõderet ĩmolatiõi agni figuralis. ideo p̃occupauit comedere agnũ paschalẽ ꝑ vnũ diẽ. Et dicũt ꝯñr ꝙ xp̃s corpꝰ suũ in pane fermẽtato ꝯsecrauit:qꝛ in domibꝰ eoꝝ nõ iueniebat̃ panis açymus vsq; ad.xiiij.lunã. S; dictũ eoꝝ ẽ ꝯ veritatem euãgelij.qꝛ Mat.xxvj.dꝛ ꝙ

† De pe.di 4. hanc societatẽ hoc ergo.

† s.7.e

s.8.e

† 1.Joh.4.b

† De pe.di 2. qui vult facere

Mat.26.e Mar.14.d Luce.22.e



Et ait di.

prima die açymoꝝ accesserũt discipuli ad iesũ dicẽtes: Ubi vis
paremꝰ tibi comedere pascha. Item Luc. xxij. Uenit aũt dies
açymoꝝ ĩ q̃ necesse erat occidi pascha: ⁊ misit petrũ ⁊ iohẽʒ. d.
Euntes pate nob̃ pascha vt mãducemꝰ. Ex qbꝰ ptʒ manifeste ꝙ
illa cena fuit die açymoꝝ. ⁊ ꝑ ꝯñs luna. xiiij. existẽte. Et ex h̃
seq̃r ꝙ xp̃s ꝯsecrauit ĩ açymo pane: qꝛ illo tp̃e ñ ĩueniebat̃ pa
nis fermẽtatꝰ ĩ domibꝰ iudeoꝝ ẜm p̃ceptũ leg̃. ꝑ. vij. dies vt h̃r
Exo. xij. Sʒ greci ĩtãtã vesaniã ꝓrupert ꝓpt̃ defẽsionẽ sui dicti
ꝙ negãt textũ euãgelij: dicẽtes alios euãgelistas falsũ scripsis
se q̃ntũ ad diẽ huiꝰ cene: ⁊ ꝓpt̃ h̃ iohẽs euãgelista q̃ scripsit po
sterioꝛ describẽs hãc cenã eos correxit. d. Añ diẽ festũ pasche
⁊c. vt. s̃. alligatũ ẽ. Sʒ ad dictũ istud sequit̃ destructio totiꝰ sa
cre scripture: ⁊ ꝑ ꝯñs totiꝰ fidei catholice: cũ sacra scriptura sit
regula fidei: ẜm ꝙ scribit beatꝰ Augꝰ. in ep̃la ad Hiero. Si di
cat̃ a fidelibꝰ ꝙ scriptura ĩ aliq̃ sui ꝑte ꝯtineat falsũ: eadẽ rõne
poterit dici ab aduersarijs fidei ꝙ ĩ nulla sui ꝑte habeat certi
tudinẽ ṽitat̃. Preterea fides catholica tenet euãgelistas scri
psisse nõ a ꝓprio capite: ẜ spũssãcti inspiratiõe. vñ dicit beatus
Petrꝰ sc̃da canonica. j. ca. Spiritusãcto inspirati locuti sũt sã
cti dei hoĩes: nullũ ãt falsũ põt esse a spũsancto. ⁊ iõ dicere ꝙ
euãgeliste ĩ aliq̃ loco scripserũt falsũ est erroneũ. ⁊ idõ ꝓpt̃ p̃di
cta dixerũt aliq̃ ꝙ xp̃s comedit agnũ paschalẽ debito tp̃e ẜm
legẽ videlʒ luna. xiiij. vt dictũ ẽ. Sʒ iudei circa mortẽ xp̃i ꝓcu
rãdã intẽti ⁊ occupati illa die nõ comederunt pascha: ẜ tarda
uerũt ꝑ vnũ diẽ: ẜm ꝙ dꝛ Joh. xix. qꝛ iudei nõ ĩtrauerunt p̃to
riũ pilati illa die q̃ passus ẽ xp̃s ne ꝯtaminarẽt̃ ⁊ impedirẽt̃ a
comestione pasche: vt. s̃. allegatũ ẽ. Sʒ istud dictũ non ꝯsonat
cũ ṽbis marci euãgeliste dicẽtis ca. xiiij. Et p̃ma die açymorũ
qñ pascha ĩmolabãt dicũt ei discip̃li: Quo vis eamꝰ ⁊ paremꝰ
tibi vt mãduces pascha. Ex q̃ videt̃ ꝙ eadẽ die qua alij ĩmola
bãt agnũ paschalẽ: eadẽ die xp̃s ĩmolauit agnum. ⁊ sic cenã di
scipulis suis fecit luna. xiiij. existẽte. Ad p̃mũ dicendum ꝙ pa
schale festũ apud iudeos incipiebat a vesꝑe diei in q̃ luna erat
xiiij. dies aũt festiuꝰ apud eos incipit a vesꝑe vniꝰ diei ⁊ durat
vsq̧ ad vesperã diei sequẽt̃. ẜm ꝙ dꝛ Leuit̃. xxiij. A vesꝑe ĩ ve
sperã celebrabit̃ sabbata ṽra. ⁊ sic dies solẽnis pasche erat lu
na. xv. ꝓpt̃ qd̃ eũdẽ diẽ quẽ iohẽs noĩauit añ diẽ festũ pasche
ꝓpt̃ distictionẽ naturaliũ dierũ. Marcꝰ noĩat p̃mũ diẽ açymo
rũ: qꝛ a vespera p̃cedẽt̃ diei incipiebãt comedere açyma. Q̃ñ
ḡ dꝛ ꝙ luna. xiiij. existẽte erat p̃mꝰ dies solẽnitatis pasche. Di
cẽdũ ꝙ nõ ẽ verũ: sʒ ĩ fine illiꝰ diei incipiebat p̃mꝰ dies ⁊ dura
bat vsq̧ ad vesperã diei sequẽtis. ⁊ sic p̃ma dies solẽnitatis pa
schalis celeberrima erat luna. xv. vt ptʒ Leuit̃. xxiij. Mẽse pri
mo. xiiij. die mẽsis ad vesperam pascha dñi ẽ. ⁊. xv. die mensis
huiꝰ solẽnitas açymoꝝ dñi ẽ. septem diebꝰ açyma comedetis.
dies p̃mꝰ erit vob̃ celeberrimꝰ sãctusq̧. Ad sc̃m dicendũ ꝙ il
lud pascha qd̃ debebãt comedere iudei ĩ die passiõis xp̃i nõ in
telligit̃ de comestione agni paschalis: qꝛ illud pascha comede
rãt ĩ vesꝑa p̃cedẽtis diei: vt dictũ ẽ. ẜ ĩtelligit̃ de panibus açy
mis q̃s debebãt comedere septẽ diebꝰ ꝯtinuis: ⁊ non debebãt
comedi nisi ab hoibꝰ mũdis. ⁊ ideo nõ introierũt domũ hoĩs
gẽtilis ne impedirent̃ a comestione ipsoꝝ. Ca. XIII

## Moraliter.

a† Ante diẽ festum pa. ⁊c. Pascha
id ẽ trãsitꝰ: et nos festũ h̃ debite cele
bramꝰ cũ a vitijs ad ṽtutes vł a mĩoribꝰ bonis ad maiora trãsi
mus. c† In finẽ dilexit eos. ꝑ iesũ q̃ salꝰ interp̃tat̃ bonꝰ p̃latꝰ
significat̃. finis aũt vltimꝰ ẽ beatitudo vera: que ꝯsistit ĩ clara
dei visiõe ⁊ fruitiõe ꝑfecta. lʒ aũt oĩs homo debeat ad hũc finẽ
ꝓximũ diligere: p̃latꝰ tñ q̃ ẽ xp̃i vicariꝰ tenet̃ erga suos subdi
tos h̃ facere. d† Et cena facta. i. p̃parata ẜm sensũ litteralẽ.
nõ enĩ erat terminata cũ xp̃s a cena surrexit ad lauãdũ pedes
discipuloꝝ vt dꝛ infra eodẽ. Patet ḡ ꝙ iudas cũ alijs cenauit
⁊ corꝑaliter lotꝰ fuit. Sic igit̃ exẽplo xp̃i bonꝰ p̃latꝰ subditis
etiã malis debet exhibere bñficia vt q̃ntũ in se ẽ eos a sua reuo
cet vita mala. o† Uenit ḡ ad simonem petrũ. scʒ p̃mo ꝓut di
ctũ fuit ĩ expositiõe litterali: ⁊ ĩ h̃ xp̃s dedit exẽplũ suꝑioribꝰ il
los iter subditos p̃ncipalit̃ honorare q̃ p̃mi sũt etate vel diui
nitate. p† Dñe tu mihi lauas pedes. q. d. h̃ idecẽs ẽ. ⁊ nullo
mõ sustinẽdũ. ⁊ ĩ h̃ petrꝰ significat discipulũ ignorãtem ⁊ indi
screte loquẽtẽ de facto suꝑioris sui cuiꝰ ignorat rõneʒ. frequen
ter enĩ ꝯtingit ꝙ illud iudicat̃ irrationabilissimũ ab ignorãte
causã qd̃ tñ rationabilissimũ ẽ ẜm ṽitatẽ: h̃ aũt ꝯtigit ĩ h̃ casu
petro. ꝓpt̃ qd̃ dixit ei xp̃s: p† Qd̃ ego facio tu nescis mõ. ⁊ ĩ
h̃ docemur bñ iudicare ⁊ loq̃ de factis suꝑioris boni nisi deo ꝑ
mittẽte erraret manifeste. † Si nõ lauero te nõ habebis ꝑteʒ
mecũ. xp̃s enĩ nõ lauabat pedes discipuloꝝ ꝓ corꝑali mũdati
one ẜ ꝓ exẽplo hũilitat̃ docẽde. ꝓpt̃ qd̃ dixit eis: i† Exẽplũ
enĩ dedi vob̃ ⁊c. ꝙ ḡ dixit petro si nõ lauero te nõ habebis ꝑtẽ
mecũ: idẽ ẽ ac si dixisset: ꝑtẽ mecũ nõ habebis nisi a me recepe
ris exẽplũ hũilitatis. ⁊ in h̃ facto xp̃s dedit suꝑioribꝰ ⁊ p̃latis
exẽplũ vere humiliatiõis. b† Postq̃ ḡ lauit pedes eoꝝ ⁊c.
ꝑ h̃ ostẽdẽs ꝙ suꝑioꝛ post actũ hũilitat̃ debet resumere debi
tũ exercitiũ auctoritat̃. k† Amẽ amẽ dico vob̃ ñ ẽ seruꝰ ma.
dño suo ⁊c. lʒ oẽs christiani sint serui xp̃i: tñ specialit̃ ep̃i qui
sũt successores ap̃loꝝ: ꝓpt̃ qd̃ nõ debẽt se facere maiores ipso
xp̃o. ⁊ tñ aliq̃ q̃ntũ ad aliq̃d faciũt cõtrariũ. nam p̃cepta sua ⁊
statuta lʒ frequẽter sint de indifferẽtibꝰ seruari strictiꝰ faciũt
q̃ diuia. p† Sʒ vt adĩpleat̃ scp̃tura. s. ps̃. xl. q† Qui mã
ducat panẽ mecũ ⁊c. Isti sũt p̃lati clerici ⁊ religiosi qui laute
viuũt d̃ p̃rimonio crucifixi: ⁊ tñ eoꝝ plurimi leuãt calcaneũ ꝯ̃
xp̃m ĩ mẽbris suis affligẽtes ea calũnijs ⁊ exactiõibꝰ iniust̃.
x† Jesus turbatꝰ ẽ spũ ⁊c. ṽtuosũ est enĩ ꝯturbari ꝯ̃ vitia. et
ideo iesus turbatꝰ est spiritu. i. ex impꝑio rõnis: qꝛ exp̃ssius q̃
añ volebat exp̃mere crimẽ ꝓditiõis. k† Ille ẽ cui ego intin
ctũ panẽ ⁊c. panis intinctꝰ suauioꝛ ẽ. ideo significat euchari
stiam: cuiꝰ etiã vna ꝑs tingit̃ ĩ sanguine qñ sumi debet a sacer
dote qui tñ ẽ xp̃i ꝓditoꝛ qñ indigne sumit. Hiero. Dic sacer
dos. dic clerice: quõ eisdẽ labijs deoscular̃ filiũ ṽginis q̃bꝰ
deosculatꝰ es filiã meretric̃. o iuda osculo filiũ hoĩs tradis?
t† Cũ ḡ accepisset ille buccellam exiuit ꝯtinuo. qꝛ sacerdos
xp̃i corpꝰ sumẽs indigne mag̃ elõgat̃ a deo. y† Cũ ḡ exisset
dixit iesus nũc clarificatꝰ ẽ filiꝰ hoĩs. Sc̃m Aug̃. ꝑ exitum
inde de societate xp̃i ⁊ discipuloꝝ p̃figurata fuit reproboꝝ se
paratio tp̃e iudicij finalis a ꝯsortio xp̃i ⁊ electoꝝ: qꝛ tũc appa
rebit gl̃ia magna xp̃i. Qd̃ seq̃t̃ ẽ de se morale ideo ꝑtrãseo.

In ca. xiij. vbi dꝛ ĩ postil. Et cepit lauare pedes discipuloꝝ.

## Additio. j.

Ex h̃ ꝙ pedes discipuloꝝ lauabãt: non
sequit̃ ꝙ habebãt lutosos pedes nec ꝙ
discalciati ĩcederẽt. Mos enĩ erat vt itinerãtiũ pedes lauarẽ
tur: vt ptʒ Geñ. xviij. vbi cũ abraam angelos sibi occurrẽtes
q̃s hoĩes esse credebat ĩuitauit. p̃mo offerebat eis aquã ad pe
des lauãdũ dicẽs: Afferã pusillũ aque et lauent̃ pedes ṽri ⁊
req̃escite ⁊c. et sic d̃ alijs silibꝰ: q̃ q̃dẽ lotio p̃ncipaliter fiebat
in remediũ lassitudinis q̃ itinerãtibꝰ sepe ꝯtingunt.

In eodẽ ca. vbi dicit̃ in postil. Sed ꝓ tanto dicit̃ hic man
datũ nouũ ab effectu: qꝛ aĩam renouat.

## Additio. ij.

Hec due rõnes assignate ꝑ postill̃. ad
h̃ ꝙ mandatũ de dilectiõe ꝓximi h̃ po
situ dicat̃ nouũ non videt̃ sufficere. Prima enĩ ratio q̃ sumit̃
ex renouatiõe aĩe in lege noua nõ videt̃ valere: nã renouatio
aĩe ꝓprie fit ꝑ gr̃am a deo infusã mediãte ṽtute sacr̃oꝝ q̃ ad
h̃ instrumẽtaliter oꝑat̃: ẜm quaʒ gr̃am aĩa dꝛ noua creatura:
quã q̃dẽ nouitatẽ etiã paruuli vsũ rõnis nõ habẽtes: nec per
ꝯñs actũ dilectiõis ĩ baptismo acq̃runt. Uñ valde improprie
dꝛ ꝙ mandatũ dilectionis aĩam renouat: causalitas enĩ p̃nci
palis huiꝰ renouatiõis soli deo attribuit̃ tãq̃ p̃ncipali agen
ti: sacr̃o aũt regeneratiõis tãq̃ instrumẽto. Uñ Augꝰ. super
Joh. dicit ꝙ tanta vis ẽ aque vt corpus tangat ⁊ coꝛ abluat.
Uñ ẜm istã ꝯsiderationẽ ꝓprie diceret̃. Sacramẽtũ nouũ do
vob̃. loquẽdo de sacr̃o baptismi q̃ aĩa renouat̃. sc̃da aũt ratio
quã inducit ad hãc nouitatẽ sumptã a differẽtia noui ⁊ vete
ris testamẽti nihil videt̃ facere ad ꝓpositũ: nam lʒ verum est
ꝙ lex euãgelica p̃ncipalꝰ inducit ad sui obseruationẽ ꝑ amo
rem q̃ ꝑ timorẽ h̃ intelligit̃ ꝑ amorẽ dei. ⁊ sic ẜm postill̃. ad h̃
designandũ debuisset dicere. Mãdatũ nouũ do vobis vt di
ligatis deũ. ꝑ amorẽ enĩ dei lex euãgelica inducit ad sui obser
uantiã. Uerba etiã euãgelij q̃ in h̃ loco nouitatem mãdati te
stant̃ nõ faciũt in hoc mentionẽ de his q̃ inducũt ad obserua
tionẽ legis seu mãdati. Uñ ad declarationẽ nouitatis huius
mãdati vlteriꝰ videt̃ aliq̃d dicẽdũ. Ad cuiꝰ euidẽtiã attendẽ
dũ ẽ ꝙ ẜm Tho. ĩ p̃ma sc̃de. q. cviij. arti. iiij. in corꝑe q̃stiõis.
Lex noua q̃ ẽ lex libertatis supra p̃cepta addidit ꝯsilia q̃ in
optõe eiꝰ cui dant̃ ponũt̃: In veteri ãt lege q̃ erat lex ṡuitut̃
nõ dabant̃ ꝯsilia sed tñ p̃cepta q̃ necessitatẽ importãt: vnde
de duobꝰ p̃ceptis charitatis in q̃bꝰ tota lex ⁊ ꝓphete pẽdẽt:
vt Matth. xxij. Ea que sũt de necessitate salutis implenda in
veteri lege ad plenũ ꝯtinẽt̃. De p̃mo enim dicit̃ Deutero. vj.
Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde ⁊c. De sc̃do ṽo precepto:
Diliges ꝓximũ tuum sicut teip̃m. Leuit̃. xix. Ea ṽo q̃ ad ꝑfe
ctionẽ impletionis p̃dictoꝝ p̃ceptoꝝ pertinẽt in lege noua ex
ꝯsilijs ꝯtinẽt̃: qd̃ de p̃mo ptʒ cũ dñs ꝯsuluit. Matth. xix. Si
vis ꝑfectus esse vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes ⁊ da pauꝑibus ⁊c.
In quo ꝯsilio ẜm doctores ea que ꝑtinẽt ad ꝑfectionẽ dilecti
onis dei ꝑ modũ ꝯsilij ponunt̃. De sc̃do ṽo ea q̃ ꝑtinẽt ad ꝑ
fectionẽ dilectionis ꝓximi potissime ꝯtinent̃ in hoc qd̃ dicit:
Diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: qd̃ sic ptʒ. Nã modus dile
ctionis xp̃i

ctionis xp̄i ad discipulos seu ad humanū genꝰ attingit sūmū
gradū ꝑfectiōis dilectiōis ꝓximi tripliciter. Pꝛio ſm extēsio
nē: quāto eni dilectio ꝓximi ad plures extēdit tāto videt ee̅
magꝭ ꝑfecta. Extēdit aūt xp̄s hāc dilectionē non solū ad ami
cos vel ei ꝯiūctos ꝓpt naturalis cognatiōis aut ciuilis vin/
culū. ſ etiā ad inimicos ꝓ q̄bꝰ etiam ī passiōe oꝛauit: vt Luc.
xxiij. ca. de q̄ extēsiōe docuerat aplos Matth. xv. Diligite ini
micos vr̄os. Scd̄o q̄ ad intēsionē. quāto ei aliq̄d intēsiꝰ ama/
tur tāto faciliꝰ maioꝛa ꝓpter ip̄m ꝯtēnunt. Cōtēpsit aūt xp̄s
ꝓpter dilectionē ꝓximoꝝ nō solū exterioꝛa bona vl' etiā q̄dā
coꝛꝑalia īterioꝛa exponēdo coꝛpꝰ suū laboꝛibꝰ ⁊ ꝑsecutiones
maxīas tolerādo: ſ etiā aīaꝫ suā ꝓ eis ponēdo qd̄ sūmū gra
dum ꝑfectiōis circa huiꝰ dilectiōis intēsionez obtinet. Juxta
illud Joh. xv. Maioꝛē hac dilectionē nemo habet ⁊c̄. Tertio
ſm effectū: q̄ꝫto eni maioꝛa bona ꝓximis ꝑ dilectionē impen/
dimꝰ: tāto ꝑfectioꝛ dilectio ee̅ videt. Largitꝰ est eni xp̄s ꝓxi
mis seu hūano generi bona sp̄ualia ⁊ diuia supꝛa naturā ⁊ ra
tionē existētia. s. doctrinaꝫ diuinoꝝ ⁊ sacroꝝ institutionem et
hmōi q̄ꝝ bonoꝝ collatio ad singularē quādam ꝑfectionē fra
terne dilectiōis videt ꝑtinere: cū ꝑ h̄ bona hō vltio fini ꝯiun
git in q̄ sūma hōis ꝑfectio ꝯsistit: q̄ q̄dē sp̄ualia bona cū non
vni tm̄ vel duobꝰ ſ toti multitudini exhibita sūt ē ꝑfectioꝛ di
lectio ſm effectū. vn̄ iuxta sniaꝫ ph̄i. Bonū gētis ꝑfectiꝰ est ⁊
diuiniꝰ q̄ꝫ bonū vniꝰ. Ex q̄bꝰ manifeste pꝫ q̄ ī h̄ qd̄ dicit xp̄s.
Diligatꝭ inuicē sicut dilexi vos: docuit aplos dilectiōis ꝓxi/
mi ꝑfectionē ī sūmo g̃du q̄ sub ꝯsilio cadit: non eni ad p̄missa
de necessitate salutꝭ ī q̄libet casu q̄s tenet: Vn̄ Augꝰ. ī enche.
sup illud Matth. v. Diligite inimicos vr̄os dicit: ꝑfectoꝛum
sūt ista ⁊ filioꝝ dei. Ex q̄bꝰ seq̄t q̄ h̄ mādatuꝫ ꝓpꝛie dr̄ nouū.
In antiq̄ eni minime talis modus dilectiōis reperit. si autē di
cat q̄ ſm h̄ debuisset dicere: Cōsiliū nouū do vob: nō aūt mā
datū nouū: cū p̄dicta nō cadūt cōiter sub p̄cepto vt dictū ē: ſ
sub ꝯsilio. Ad h̄ dicēdū q̄ lꝫ ista q̄ꝫtū ad cōmunē statū hoīm
non cadūt cōiter sub p̄cepto. Ad statū aūt aploꝝ sub p̄cepto
ceciderūt inq̄ꝫtū fuerūt deputati ad edificationē totiꝰ vniuer
salis eccl'ie. Juxta illud ad Ephe. iiij. Alios q̄dem aplos: ali/
os aūt pastoꝛes ⁊ doctoꝛes ad ꝯsūmationē sāctoꝝ in opꝰ mi/
nisterij ⁊ edificationē coꝛꝑis xp̄i. s. eccl'ie. Et id̄o ꝓpꝛie h̄ ver/
ba eis dirigunt ꝑ modū p̄cepti scꝫ: Mandatū nouū do vob:
q̄ꝛ qd̄ alijs cōiter ē ꝯsiliū: aplis ē p̄ceptū qd̄ etiā illi mō eis cō
gruēte ꝑfecte impleuerūt: vt ex gestis eoꝝ pꝫ. Si vlteriꝰ q̄rat
q̄liter ꝯsilia ad p̄mū p̄ceptū charitatꝭ ꝑtinētia nō fuerūt data
aplis sub p̄cepto sicut ⁊ p̄dicta. cum ad ꝯsilia vtriusq̄ꝫ p̄cepti
eadē rōne tenerent. Dicēdū q̄ hmōi ꝯsilia. s. ad p̄mū p̄ceptū
ꝑtinētia iā obseruabāt ab aplis. vn̄ Matth. xix. Ecce nos re
liquimꝰ oīa ⁊ secuti sumꝰ te. Jn abiectiōe eni oīm tꝑaliuꝫ ⁊ se/
quela xp̄i ꝑfectio diuine dilectiōis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝯsilia ad illud p̄/
ceptū ꝑtinentia ꝯtinent: iuxta illud p̄allegatuꝫ. Matth. xix.
Si vis ꝑfectus esse ⁊c̄. vn̄ non restabat nisi vt infoꝛmarēt de
ꝑfectione impletionis secūdi p̄cepti: vt dictum est.

Jn eodē ca. dr̄ ī postil. Querit vtrū cena ī h̄ caplo descp̄ta.

**Additio. iij.** Hec q̄stio disputat ⁊ ad plenū vt cre
do declarat in additiōe sup Matth.
xxvj. ca. vide ibi.

**Replica. j.** Jn caplo. xiij. vbi dr̄: Cepit lauare pe/
des: Postillatoꝛ dicit lutosos: q̄ꝛ nu/
di pedes ibant. Burgē. se opponit hic sicut Mar. vj. vide ibi
coꝛrectum. Qd̄ hic specialiter dicit de abꝛaam qui obtulit an
gelis pedum loturam ꝓut dicit Gen̄. xviij. iuncta auctoꝛitate
beati Diony. xv. angelice hierarchie est cōtra Burg. quia ibi
dr̄ angelos semꝑ apparuisse nudos pedes.

**Replica. ij.** Jn eodē ca. vbi dr̄: Mandatū nouū
do vobis. Postillatoꝛ illius nouita
tis dat duplicē rōnem: vna est q̄ dr̄ nouū ꝓpter aīe īnouatio
nem: alia q̄ꝛ differētia noue legis a veteri cōstituit. Burg. hic
facit cauillationē ꝯtra rōnem vtranq̄ꝫ. Contra p̄mā: q̄ꝛ sacra
mēta īnouant aīam instrumētaliter. deꝰ p̄ncipaliter. ideo ꝓ/
pter inouationē aīe potius debuit dici sacramentuꝫ nouū do
vobis. Hic dico q̄ aliud est īnouare aīam effectiue: aliud foꝛ/
maliter: deꝰ effectiue renouat: ⁊ ad ideꝫ genꝰ cause reducit in/
strumētū: qd̄ etiā efficit suo mō: ſ gr̄a ⁊ charitas foꝛmalit re/
nouāt aīaꝫ. Hec aūt gr̄a ⁊ charitas ꝑ deū infundūt in baptis
mo: ꝑ quā tanq̄ꝫ ꝑ ꝓpꝛiā foꝛmā meriti mādati noui fit imple
tio. Jnnouat igit aīa effectiue ꝑ charitatis infusionē: īnoua/
tur aūt foꝛmaliter ꝑ mādati executionē: q̄ fieri nō pōt sine ha
bitu illo infuso. Est igit cauillatio Burg. tentatiua: ꝑtractio
etiā scd̄e rōnis est q̄dā tētatiua cauillatio. Nā differentia no/
ue legis ⁊ veteris testamēti ē timoꝛ ⁊ amoꝛ. Opa eni legꝭ erāt
seruilia

seruilia ⁊ q̄si mercēnaria: opa aūt gr̄e amoꝛosa: ⁊ ideo q̄ sub le/
ge erāt: dicebant serui. q̄ aūt sub gr̄a: dicunt filij ⁊ amici. Mā
data illis data fuerūt despotica. Jstis aūt sunt data regalia et
politica: q̄ꝛ deꝰ illis mādata dedit vt seruis: istis vt filijs libe/
ris ⁊ amicis: ex qua differētia bn̄ accipit nouitas mādari. Ea
aūt que Burg. ponit ad declarādū mādati nouitatē non sunt
multū ꝓbabilia. Dictū eiꝰ p̄mū est q̄ nouitas illa attendit pe
nes cōsilia supaddita. Nā in veteri lege vt dicit: non dabant
ꝯsilia: ſ tm̄ p̄cepta: h̄ aūt dictū est ꝯtra l'ram veteris legis que
distinguit ī multis locꝭ p̄cepta a cōsilijs. Dicit nāq̄ꝫ Pꝛouer.
j. Despexistis omne ꝯsiliū meū. ⁊ ibideꝫ. iij. Custodi legē atq̄ꝫ
cōsiliū. ⁊ sic de alijs. Scd̄m dictū Burg. ē q̄ oīa de necessitate
salutis ꝑtinentia ad impletionē p̄ceptoꝝ charitatis in quibus
tota lex pendet ⁊ ꝓphete ad plenū cōtinent in veteri lege: sed
h̄ dictū videt ꝯtra plenā l'ram Mat. v. vbi dr̄: Nisi abundaue
rit iusticia vr̄a plusq̄ꝫ scribaꝝ ⁊c̄. Nōītrabitis ī regnū celoꝝ:
vbi glo. Justicia illoꝝ mandata moysi impletio illoꝝ iusticia
xp̄i: illa a pena liberat: ista saluat. ⁊ infra mandatū xp̄i non est
cōtrarium legi: sed latius in se legē continens: qui eni non ira
scitur: non occidit: sed nō ecōtra: tolle irā ⁊ homicidiū nō fit.
illa eni si p̄seruabat a pena sensus: non tn̄ a pena damni. ideo
obseruantia veteris legis non sufficiebat ad salutē sine expꝛes
sione xp̄i supaddita: vetera eni ⁊ noua p̄cepta eadem sunt ſm
substantiaꝫ: sed differūt ſm maioꝛē ⁊ minoꝛē expꝛessionē ⁊ vti/
litatem ſm beatū Augꝭ. xvj. de ciui. dei ca. xxvj. ⁊ p̄mo retra.
ca. xij. Tertiū dictū Burg. est q̄ ea que ad ꝑfectionē impletio/
nis p̄ceptoꝝ ꝑtinent: in lege noua in consilijs ꝯtinent: sed hoc
videtur falsum. nam stat aliquē ꝑfectissime deuꝫ diligere: qui
tn̄ non vendidit oīa sua ⁊ dedit pauperibꝰ ꝓut exemplificat
beatus Augꝰ. j. de ciui. dei cap̄. x. de Paulino ep̄o Nolensi ⁊
Burgen. idē vult supꝛa ca. xij. in coꝛruptoꝛio p̄mo. idcirco sine
obseruātia ꝯsilioꝝ xp̄i pōt q̄s esse ꝑfectus dei amatoꝛ. Ceterū
si ꝑfectio obseruantie dilectiōis ꝓximi potissime ꝯtinetur ī eo
qd̄ hic dr̄: Diligatis inuicē sicut dilexi vos: ꝓut Burg. dicit:
tunc sequit illud foꝛe dictū ꝑ modū consilij: cū tn̄ dicat in l'ra:
mandatū nouū. Sed Burgē. hoc volēs euadere dicit q̄ debet
ītelligi sol' aplis mādatū: cōitati aūt fideliū sit ꝯsiliū. ſ h̄ vide
tur irrationabiliter dictū ⁊ in nulla scriptura fundatū. ſ fun/
dat sup falsa imaginatione: imaginat enim q̄ xp̄s dilexit nos
in sūmo gradu ꝑfectionis: intensiue: extensiue: et effectiue: ad
quem gradū diligendi q̄ꝛ non pōt homo de cōmuni lege ꝑtin/
gere: idcirco xp̄s euꝫ nō p̄cepit: nō eni xp̄s p̄cepit alicui impos
sibile: habet igit vt dicit Burg. vim consilij nō p̄cepti: cuꝫ dr̄:
Diligatis inuicē sicut dilexi vos: idē argumentuꝫ est de aplis
sicut de alijs: nemo eni ex eis ad sūmum gradū ꝑfectiōis ꝑtin/
gere potuit intensiue extēsiue ⁊ effectiue. Oppositū eni huius
damnat in clemētinis. ad nr̄am. de hereticis. Unde etiaꝫ neq̄ꝫ
aplis esset mandatum pari ratiōe qua ceteris non mandatuꝫ:
cuiꝰ tn̄ oppositū dicit Bur. Pꝛo Burg. igit ⁊ suoꝛum imitato
rum de ꝯsolatiōe dico q̄ Burg. deceptꝰ est putās esse similitu/
dinē currentē q̄ttuoꝛ pedibꝰ. Scd̄m eni eundē Bur. in multis
locꝭ nulla silr̄itudo debet vniuersaliter accipi: q̄ꝛ iā nō eēt silr̄itu
do ſ idētitas. idcirco ꝑticulariter accepta h̄ silr̄itudo. Sicut di
lexi vos. nō cogit Burg. ad dicendū manifestū p̄ceptū foꝛe cō
siliū: q̄ꝛ nō sequit: diligatis sicut dilexi: ſ ego dilexi in summo
gradu ꝑfectionis. igit ⁊ vos: sicut non seq̄t: sicut se habet sen/
sus ad sensibilia: ita ītellectus ad ītelligibilia. ſ sensus ꝑcipit
sua sensibilia materialit. ergo ītellectꝰ ītelligibilia. totū antece
dens ē verū ꝯn̄s impossibile: sicut eni vniuersaliter accipiēdo
silr̄itudines multi lapsi sūt ī periculosos erroꝛes: ita ⁊ ioachim
abbas arguebat ex illa similitudīe: Pater oꝛo vt fideles sint
vnū sic̄ ego ⁊ tu vnū sumꝰ: ſ fideles nō possūt eē vnū nisi colle/
ctiue: ḡ ꝑsone diuine nō sūt in cōi essentia. ſ collectiue: q̄ erroꝛ
dānat: ex de sū. tri. ⁊ fi. catholica. Dānamꝰ. Vn̄ beatꝰ Gregꝰ.
aliter exponit illud mādatū q̄ꝫ Burg. Dicit eni: Diligite inui
cem sicut ego dilexi vos. h̄ est amate inuicē ad qd̄ amaui vos.
sic igit accipit similitudo q̄ ad terminū amoꝛis: q̄ꝛ amoꝛ dei er/
ga nos oꝛdinat ad gr̄am ⁊ gl'iam: ita et noster amoꝛ inuicem:
etiam q̄ꝫuis ſm intensiuū modū nō est nobis possibile xp̄o as/
similari in dilectione: tn̄ in extēdendo ad oēs etiā hostes pos/
sibile ē: īmo nō difficile: q̄ꝛ de diligendis inimicis nemo vnq̄ꝫ
in veritate poterit se excusare vt vult beatus Augꝰ. in ſmone
cōmuni. Est igit p̄ceptū charitatis sic extensū nouū ⁊ leue re/
spectu ꝓximi: multo aūt leuius respectu dei: q̄ꝛ volūtas seq̄ē
do rectam rōnem in deo nihil reperire pōt nisi diligibile: q̄ꝛ nō
nisi bonum: īmo optimum: ꝑ ꝯseq̄ēs sup oīa diligēdū: opoꝛ/
tuit igitur Burgē. alium habere respectū quādo circa. xx. ca.
Exo. dicit p̄ceptum de dilectione esse arduissimum. vide ibi:

Et ait disci/ Ca. XIIII

§ aūt. a § p morte mea
eternis q2 de⁹ sū q̄ suscitabo carnem.

a Et ait discipulis suis: Nō turbetur

a § q2 si credit' i deū cōsedꝫ vt ꝛ i me: q2 ego de⁹

cor vrm: creditis i deū ꝛ i me cre/

sum. § in iustis. a § diuersa p̄mia meritoꝝ.

b dite. †In domo patris mei māsio

§ si nō esset. § .i. si in aliquo.

c nes multe sūt. Si quo minus: di

a § si nō essent parate vel p̄destinate: sꝫ essent p̄pa
rande vel p̄destināde tūc vado ꝛc. § vadit para
re non vt parate sūt: sed vt sint parāde: illud ne/
gat: hoc affirmat.

xissem vobis: quia vado parare

d vobis locū. Et si abiero et p̄para

a § apparebo in iudicio. § introducā i māsiones
vt maneatis pfruendo.

uero vob locū: iteꝝ venio ꝛ acci/

piā vos ad meipsū: vt vbi sū ego

§ sed ne querant vbi sit: hoc subdit: quo .i. ad pa/
trē: Et nota ꝙ ibi ꝛ est vt de⁹: ꝛ illuc vadit vt hō
cum sit vna ꝑsona deus ꝛ homo.

e ꝛ vos sitis. Et q̄ ego vado sitis: ꝛ

§ .i. me ad ipsum.

f viā scitis. Dicit ei thomas: Dn̄e:

---

Et ait dis. Nō turbet. Aug⁹. Ca. XIIII
Ne aūt mortē tāꝙ hoīs timerēt: ꝛ ideo tur
barēt: ꝯsolat eos. se etiā deū esse dicens:
Ne aūt iteꝝ sibi timerēt q̄si ab eo perituri: cū ꝯfi/
dētiori petro dictū sit: negabis. certificat post ten
tationes se apud deū cum
xp̄o mansuros esse: q2 ꝛ si
A differētes: null⁹ tñ aliena/
bit a domo in q̄ quisꝙ ha
bet māsionem ꝑ merito.
Per denariū q̄dē oīb⁹ si/
gnatur vna et nō diuersa
viuēdi i eternitate māsura.
p māsiones signantur di/
uerse dignitates in eadeꝫ
eterna vita: q2 alia claritas
sol': alia claritas lune: alia
claritas stellaꝝ. b In
domo ꝛc. Domus dei: tē/
plū dei: regnū dei: regnuꝫ
celoꝝ sūt hoīes iusti i q̄b⁹
sūt multe differētie iter se.
Et he sūt māsiões ip̄i⁹ do/
mus. He āt iā pate sūt i p̄
destinationē: sic ait apl's:
Qui elegit nos añ mūdi
ꝯstitutionē p̄destinando:
parāde sūt i opatiōe. Añ:
Quos p̄destinauit hos
et vocauit ꝛ iustificauit et
magnificauit. Et ſm h̄ d̄r:
Fecit de⁹ q̄ futura sūt .i. q̄
factur⁹ ē. Aug⁹. Nō iu
sti sūt regnū dei ꝛ regnuꝫ
celoꝝ. vt d̄r: Colligēt d̄ re
gno ei⁹ oīa scādala. Sꝫ et
de eisdē d̄r: Fulgebunt iu
sti si. s. i r. p. eoꝝ. Id ē regnū i regno. Q̄d etiā ora
tur. Adueniat reg. t. ꝛ i fine: Percipite regnū .i. q̄
regnū eratis ꝛ nō regnabit': mō regnate q̄d erat'
in spe: sitis i re. c Si q̄ min⁹: Id ē si non p̄desti/
nassem māsionē q̄d ē incōueniēs q̄ꝫtum ad deuꝫ q̄
oīa bona añ oīa tp̄a p̄destinauit: tunc mō p̄para/
rē .i. p̄destinarē q̄d iteꝝ ē incōueniēs q̄ꝫtū ad deuꝫ
p̄sentialit' aliq̄d p̄destinare. Aug⁹. Cōfirmat eē:
q2 si nō essent dixisset: ibo ꝛ parabo .i. p̄destinabo:
ſ q2 iā ibi sūt nō ē op⁹ aliq̄ parare: q2 x̄o nōdū sūt
i opatiōe: addit: ꝛ si abiero ꝛ p̄parauero. Abiēs h̄
nō relinquēs parat: q2 subtrahit se ꝛ latet vt sit fi/
des q̄ nō ē de re visa: ꝛ inde ē meritū fidei. Ex hac
viuit iustus ꝛ mūdat ei cor: dum ꝑegrinat ꝛ in ea
desiderat q̄d nōdū habet. Et h̄ ē p̄paratio māsio
nis: q2 sic parat nos sibi ꝛ se nob vt maneat in no/
bis ꝛ nos i eo q̄ꝫtū q̄sꝙ erit ꝑticeps ei⁹ pl⁹ vl' min⁹
ꝑ diuersitate meritoꝝ. ꝛ h̄ multitudo māsionū ē.
d Et si abiero. Aug⁹. Abijt latendo: venit appa
rēdo: ſ manet regēdo vt ꝑficiam⁹ bñ viuēdo: ꝛ sic
parat loc⁹. Aug⁹. Fides q̄ nō videt credit: naꝫ
si videret nō esset fides: credēti colligit meritum:
cūti reddit p̄miū. Eat ḡ de⁹ ꝛ paret locum: eat ne
videat. lateat vt credat. Tunc eni loc⁹ parat: si ex
fide iuuat credit. Desideret vt desiderat⁹ habeat.
Desideriū dilectiōis p̄paratio ē māsionis. e Et
q̄ ego. Hoc dictū ē ſm q̄sdā q̄ sciebāt ꝛ filiū ꝛ p̄reꝫ
Thomas x̄o ꝛ si putaret se nescire ꝯuincit ꝑ hoc
ꝙ ip̄m nouit: ꝛ viā scire ꝛ vitā .i. filiuꝫ ꝛ patrē. De
istis scientib⁹ subdit: Ammodo cognoscetis eū ꝑ
me cognitū ꝛ vidist' eū in corde: dū me ꝑ oīa sil'eꝫ
ei vidist'. Sꝫ alij erāt de q̄b⁹ ē philipp⁹ nesciētes. ꝛ
si scirēt istū filiū: illū patrē: non putabant filiū ex
toto sil'eꝫ: ſ patrē meliorē: ꝛ ita nec patrē nec filiū
sciebāt. Quo aīo philipp⁹ dicit: Ostēde nob p̄reꝫ
ꝛ sufficit. in q̄ sufficiētia: ꝛ nō i te. vñ increpat nec
filiū scire. f Dicit ei tho. Quo ꝛ q̄ itur dixit eos
scire q̄ non mentit: sꝫ thomas dicit eos vtrūꝙ ne/
scire: nesciens eos scire: sꝫ xp̄s cōuincit eos scire:
q2 si eū sciebāt ꝛ ip̄e ē via: viā sciebāt: et si ip̄m scie
bant: ꝛ ip̄e est veritas ꝛ vita: tūc sciebāt veritateꝫ
h̄ ꝛ vitā

Marginal references: De pe. di. 4. in domo et . § . presce. — Eph. 1. a — Rom. 8. f — Eccle. 3. c — Mat. 13. f — Ibidem — Ibid. 6. b — Ibi. 25. b

---

Et ait disci. suis. Postꝙ ergo xp̄s ꝯfortauit discipu/ Ca. XIIII
los suos exēplis. hic ꝯfortat eos x̄bis. Et diuidit in duas. q2 p̄/
mo ꝯfortat eos ꝯ desolationē ipsoꝝ de xp̄i morte. scd̄o ꝯ desolatio
nē in tribulatiōe post mortē xp̄i eis īminēte ca. sequēti. Ego sū vitis vera.
Prima in duas. q2 p̄mo ꝯsolat discipulos de sua morte rōnib⁹ sūptis ex
ꝑte discipuloꝝ remanētiū. scd̄o rōnib⁹ sumptis ex
ꝑte xp̄i dimittētis eoꝝ ꝯsortiū. ibi: Nō turbet cor
vrm. Prima i tres. q2 p̄mo ꝯsolat remanētes p̄o
mittēdo eis accessū ad patrē ꝑ ip̄m. scd̄o ꝑmitten
do eis sp̄ūsācti donū. ibi: Si diligit'. tertio ꝑmit
tēdo eis suū reditū. ibi: Nō relinquā vos. Pria
in tres. q2 p̄mo ꝑponit intētū. scd̄o manifestat ꝑpo
sitū. ibi: Et q̄ vado scitis. tertio dubium remouet.
ibi: Dicit ei philipp⁹. Circa p̄mū sciēdū q̄d p̄dixe/
rat eis iude ꝑditionē ꝛ petri negationem ꝛ sui ab
sentiā ꝛ mortē. q̄ oīa erāt eis turbatiōis materia. iō
dicit: b Nō turbet cor vrm. ꝓpt' p̄dicta. Q2 āt
aliq̄ libri habēt hic: Neꝙ formidet: nō ē de textu.
ſ infra eo. ca. ponit vt videbit. c Credit' i deū
ꝛ in me credite. in q̄ exp̄mit suā deitatē manifeste.
aliter ꝯsequētia nō valeret. d In domo pa. mei
māsiōes multe sūt. Dom⁹ p̄ris h̄ vocat glia celest':
in q̄ sūt multi gradus ꝛ distinctiones: q2 q̄uis sit
idē obiectuꝫ beatitudinis: nullā diuersitatē hñs.
tñ ex ꝑte beatoꝝ ē diuersitas i ꝑticipādo istud ob
iectū ſm varietatē meritoꝝ: q2 aliq̄ vidēt alijs cla
ri⁹ ꝛ fruunt ꝑfecti⁹ ſm maioritatē habit⁹ charitat'
q̄ facit aīaꝫ capacē obiecti beatitudinis. e Si q̄
minus dixissem vobis. q. d. si i celesti beatitudine
eēt aliq̄d min⁹ vel defectuosum dicerē vobis:
f Quia va. pa. vo. locū. ſ nō ē necesse ꝙ vadā ad
p̄parādū: q2 i deo ē bonitas perfecta eternalis: et
etiā īmutabiliter ꝛ multipliciter ꝑticipabilis a be
atis. Numer⁹ etiam electoꝝ ꝛ termin⁹ meritoꝝ: est
eternalit' ꝛ īmutabiliter p̄destinat⁹. ꝛ sic totum pa
ratū ē ab eterno ſm ꝙ d̄r Mat. xxv. Possidete pa
ratū vobis regnū a ꝯstitutiōe mūdi: ſ huic expo/
sitioni videt repugnare q̄d sequit: Et si abiero ꝛ p̄parauero vobis locū ḡ
videt ꝙ iret ad p̄parādū. Dicēdū ꝙ beatitudo vel loc⁹ ip̄i⁹ nō indigebat
aliq̄ p̄paratiōe: vt dictū ē. ꝛ sic loquit saluator in lr̄a p̄cedēti. ipsi aūt electi
indigēt p̄paratiōe ad h̄ ꝙ possint beatitudinē ꝯseq̄: q2 lꝫ sint ab eterno p̄de/
stinati: tñ beatitudinē nō ꝯsequūt nisi mediāte gr̄a q̄ dat tp̄aliter i p̄sen/
ti. q̄ñ ḡ dicit saluator. g Si abiero ꝛ p̄parauero vobis locū. nō ē intelli
gēdū ꝙ in glia celesti aliq̄d ascēdēdo p̄parauerit: sꝫ q2 ꝑ ascēsionē suā do/
nū sp̄ūsancti fidelib⁹ misit. ꝑ q̄d p̄parant ad ꝯsecutionē beatitudinis.
h Iteꝝ venio ꝛ accipiā vos ad meip̄m. Ex h̄ x̄bo dixerunt aliq̄ heretici
ꝙ electi nō assumūt ad gl'iaꝫ vsꝙ ad diē iudicij: ꝛ tūc p̄mo assumūtur q̄ñ
xp̄s veniet iteꝝ i forma humana. ſm ꝙ d̄r Act'. j. Hic iesus q̄ a vobis assū
ptus ē sic veniet ꝛc. sꝫ h̄ ē exp̄sse ꝯtra dictū apl'i Phil'. j. Cupio dissolui et
esse cū xp̄o. et. ij. ad Cor'. v. Scim⁹ q̄m in terrestris dom⁹ nr̄a habitatiōis
hui⁹ dissoluat. habem⁹ domū nō manufactā i celis. Ex q̄b⁹ ptꝫ ꝙ aīa exu/
ta a corꝑe nō habēs impedimētū culpe vel pene tp̄alis debite: statim euo/
lat ad gl'iaꝫ. Hoc etiā ptꝫ rōne: q2 talis aīa ꝑ gr̄am quā habet digna ē glo
rie. ꝛ nō habet impedimētū ꝓp̄rie ꝑsone nec toti⁹ nature: q2 illud impedi/
mētū ꝑ xp̄i mortē fuit ablatū. ꝛ sic intelligit p̄parasse beatitudinis locum
inq̄ꝫtū ꝑ mortē suā amouit impedimētū nature. ꝛ ascēdens ad celos misit
donū gr̄e q̄ ambo erāt necessaria ad ꝯsecutionē gl'ie. Sciēdū igit ad itelli
gēdū verbū xp̄i cū d̄r: Iteꝝ venio ꝛc. ꝙ xp̄s duplicit' venit ad accipiendū
fideles. vno mō ad accipiēdū eos ad beatitudinē aīe. ꝛ sic quotidie venit
ad ecclesiā accipiēdo a corporalib⁹ aīas sanctas ꝛ trāsferēdo ad gl'iaꝫ. iste
tñ aduētus nō ē in p̄sentia corꝑali. alio mō veniet i fine mundi corꝑaliter
ad assumendū fideles ad beatitudinē aīe ꝛ corpis simul. ꝛ q̄ꝫtū ad h̄ verū
est x̄bū illoꝝ ꝙ fidedes nō assumūt ad beatitudinē vsꝙ ad diē iudicij. in
telligēdo de beatitudine corꝑis ꝛ aīe simul. h̄ tñ ē itelligēdū de cōmuni le
ge: q2 aliq̄ sancti ex p̄uilegio speciali sūt iā in beatitudine eterna aīa ꝛ cor
pore: q2 saltē h̄ pie credit de beata x̄gine. i Et vbi ego sū ꝛ vos sitis. di
cit: ego sum. q2 ante passionē suā iā erat beat⁹ ꝑfecte inq̄ꝫtum de⁹ ꝛ inq̄ꝫtū
homo q̄ ad aīam. k Et quo vado. Hic manifestat q̄d dixerat. scꝫ ꝙ per
ip̄m habebāt accessū ad patrē: q2 ip̄e ē via ſm hūanitatē. ꝛ pater ē termi/
nus. ip̄e aūt de vtroꝙ instruxerat. ideo dicit: Et quo ego vado scꝫ ad pa/
trem. l Et viam scitis. via ꝑ quā iuit xp̄s fuit mors ip̄ius. ip̄e autē xp̄s
vel sequela ip̄ius q̄d ꝑ eodem hic accipit: est via ꝑ quā alij veniūt ad pa/
trem. ꝛ de his oībus discipulos instruxerat. lꝫ nō intellexissent ad plenū.
ꝓpter q̄d subdit: m Dicit ei thomas: dn̄e nescim⁹ quo vadis et quo/
modo possumus viā scire. ꝛ sic negat se scire vtrūꙨ scꝫ viam ꝛ terminum.
ꝓpter q̄d videt dictum eius verbo xp̄i esse ꝯtrariū. Dicendū ꝙ nō ē incō
ueniēs vnum ꝛ idem sciri ꝛ ignorari diuersimode. Cognitio eni humana
ꝓcedit de imꝑfecto ad ꝑfectum: vt habet. j. Physicoꝝ. ꝛ iō illud quod
scitur in ge.

B ⁊ vitã ad quã vadit. Ipe ğ ꝑ se viam: ad se ỽitatẽ ⁊ vitã ⁊ ad prẽz: qꝛ cũ prẽ vnũ ẽ: vadit. Nos ꝑ q̃bus dic: Nemo venit ad prẽm nisi ꝑ me. ꝑ ipm̃ ad ipm̃ ⁊ ad prẽz vadimꝰ. Cũ xp̃s sit deꝰ ⁊ hõ ẜm hoiẽz venit ad hoies: ⁊ ẜm hoiẽz glorificatum redit ad se deũ: q̃ ẽ cũ prẽ vna ỽitas ⁊ vita. Sic ⁊ sui in glorificatiõe veniẽt ad ipaz veritatẽ viã ⁊ vitã: ⁊ tã sibi q̃ꝫ illis ẽ via ꝑ obedientiã. vnde: Propter qꝺ̃ exalta. illũ. d. ⁊c̃.

a Si cognouissetis. Quia dixerat nullũ venire ad prẽz nisi ꝑ se: q̃ est inseparabilr̃ idem cuz prẽ. ne q̃rerẽt q̃s ẽ pr̃: ostẽdit ex se noto nosci prẽm: qꝺ̃ nõdũ q̃dã cognouerãt: q̃s arguit dicẽs: Si cogno. b Et vidistis eũ. Ut de duobꝰ oĩno silibꝰ dr̃: si istũ vidisti: illũ vidisti. viderant ğ q̃ꝫ simul vnũ filiũ: ẜ moriẽdi erãt vt talẽ etiã prẽz ĩtelligerẽt ⁊ nõ dissimilez. c Quõ tu. di. Et cũ oĩno similis. Quõ tu d. q̃si video q̃ aio dicas: nõ q̃ris alterũ silẽz ẜ putas meliorem. d Ameipso. Quia non sũ a meipo q̃ loq̃r: ei tribuit qꝺ̃ facit: de q̃ ẽ ipe q̃ facit. e Qui credit ĩ me. Ego ⁊ pr̃ indifferẽter opamur. Et q̃cũqꝫ credit ĩ me (ne de solis apl̃is h̃ acciperẽ) opa q̃ ego facio ꝑ me: ipe faciet. i. ego facio ĩ eo vl̃ ꝑ eũ: ⁊ etiã maiora. ⁊ qꝺ̃ non ille faciet ẜ ipe in eo oñdit: qꝛ va. ad pa. ⁊. qꝺ̃. pe. patrẽ ĩ no. meo h̃ faciã prĩꝰ: facio vt postea faciat. f Opa q̃ ego fa. Nõ tñ ex se ẜ ex me. non ẽ seruꝰ maior dño. Ipe eñi sine eis multa: illi sine eo nihil nisi peccatum. g Maiora. Augꝰ. Quia si ipse fimbria: petrꝰ vmbra sanauit. Uel opꝰ eiꝰ ẽ qꝺ̃ ꝑ se loq̃r̃ ⁊ docet aliq̃s. discipulis ỽo loquẽtibꝰ plures crediderũt. Ul̃ q̃ ego facio. i. fidẽ: ⁊ ipe faciet: qꝛ ego priꝰ post ipe: ⁊ maiora horũ q̃ ego sine eo. Alia eñi opa facit ĩ nobis vt faciamꝰ et nos. i. credere vñ iustificar̃ impius. Alia sine nob: vt q̄ tũc p̃dicabat verba iusticie. Et de his dicit que tũc agebat: ⁊ nõ d̃ oibꝰ vniuersaliter operibꝰ.

¶ Uel qꝺ̃

*Marginal references:* J.6.g; Phil.2.b; J.13.b; Luc.8.f; Act.5.b

nescimus quo vadis: et quomodo possumus viã scire? Dicit ei iesus: † Ego suz viã veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrez nisi ꝑ me. Si cognouissetis me: ⁊ prẽz meũ vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo cognoscetis eũ et vidistis eũ. Dicit ei philippꝰ. Dñe ostẽde nob prẽz ⁊ sufficit nobis. Dicit ei iesus: Tãto tẽpore vobiscũ sum et non cognouistis me? Philippe qui videt me: videt ⁊ prẽm. Quõ tu dicis: oñde nob prẽm? Nõn credis qꝛ ego ĩ prẽ ⁊ pr̃ ĩ me ẽ? Uerba q̃ ego loquor vob a meipso non loquor. Pr̃ ãt ĩ me manẽs ipe facit opa. Nõ creditis qꝛ ego ĩ patre ⁊ pr̃ ĩ me ẽ? † Alioq̃n ꝓpt̃ opa ipsa credite. Amẽ amẽ dico vob q̃ credit in me opa q̃ ego facio ⁊ ipse faciet: et maiora horum faciet:

*Interlinear glosses:* a ¶ via sine errore q̃rẽtibꝰ: ỽitas sine falsitate iueniẽtibꝰ: vita sine morte ꝑmanẽtibus. b ¶ ⁊ cum sim via. ¶ vestrũ. ¶ cũ q̃ sum veritas et vita. ¶ viam. ¶ qui idẽ sum cũ patre. ¶ non tamẽ oculis corporeis. ¶ nõ ĩtelligẽs istũ oĩno silẽz prĩ. ¶ q̃si q̃ maior te ẽ. ¶ qꝛ in eo sufficientia erit nobis. a ¶ qꝛ nec filiũ nouit q̃ prẽz meliorẽ credit. b ¶ philippe vere me nõ nouisti: qꝛ si me nouisses. a ¶ spũalibꝰ oculis. ¶ nõ qꝛ aliud sit filius: aliud pr̃: ẜ qꝛ omnino similis. a ¶ qꝺ̃ si nõdũ credere ⁊ videre potes. ¶ cur ergo inseparabiles separatim vis noscere. a ¶ sic eq̃lis alter alteri: vt tñ alter ex altero. ¶ ⁊ cũ facit ĩ me: nõ creditis. q. e. in. p. hic. ostendir̃ non solus philippus arguendus. ¶ q̄ ego ĩ prẽ ⁊ pr̃ in me ẽ. si eñi separati essemus nullo modo inseparabiliter opari possemus. a ¶ ecce fides q̃ opar̃ ꝑ dilectionẽ. b ¶ nõ ergo credit q̃ nõ facit. c ¶ prius ego: post ipe: qꝛ ego facio vt ipe faciat.

a Dicit eis pilat⁹: acci. ⁊c̃. Derisorie ⁊ indignant̃ hoc dixit: q̄ nō habebāt ptātē iudicādi aliquē ad mortē: vt. s̃. dictū est. ⁊ ē silis mod⁹ loquēdi: ac si diceret: Si haberetis potestatē dare mortis sniam: cito ⁊ sine cā faceretis: sȝ ego h̃ agere nolo. idō sequit̃: b Ego eni nō in. in eo cām. dandi talē sniaȝ. c Rñderūt. vidētes iudei ꝙ pilatus nō acq̄esceret eoꝝ clamori: inceperūt allegare rōnes alias q̄ supra allegauerāt. Nō eni illas audebāt reiterare: q̄ pilat⁹ iā illas euacuauerat. ⁊ idō h̃ alid̃ allegāt. Et p̄mo allegāt ipȝ fecisse ꝯ legē dei. scd̃o ꝯ legē īpator' romāi. ibi: Exinde q̄re. Jn prima igit̃ pte allegāt sic iudei: d Nos legē habem⁹. s. a dō datā in mōte sinai. e Et s̃m legē debet mori. q̄ Leuit. xxiiij. p̄cipit̃ ꝙ blasphemi occidāt̃: ⁊ tale crimē īponebāt ei. vñ sequit̃: f Quia filiū dei se fecit. Uerūtñ xp̄s h̃ dicendo nō blasphemauit: sed veritatē dixit ⁊ p scripturā ꝓbatū: vt. s̃. habitū ē ca. x. g Cū ḡ au. pi. hūc ser. ma. timuit. nō ꝓpter legē iudeoꝝ quā nō obseruabat: sȝ ne verū esset vt iesus sibi oblat⁹ esset vere dei fili⁹. ⁊ sic factū enorme fecisset ipm̄ flagellādo. ⁊ idō de h̃ voluit certi⁹ īq̄rere. vñ sequit̃: h Et in. est p̄. iterꝝ. vt veritatē magis posset cognoscere extra tumultū iudeoꝝ. i Et dicit ad iesū vñ es tu. p h̃ q̄rēs si esset ex origine diuiā s̃m Ꝟitatē. k Jesus aūt rñsū nō de. ei. p̄mo: q̄ hō erat gētilis ⁊ idolatra: ⁊ generationē filij in diuis cape nō posset. scd̃o: q̄ nolebat passionē suā īpedire. tertio q̄ ꝓphetatū erat de eo: Esa. liij. Et sic agn⁹ corā tōdēte se obmutescet ⁊c̃. ⁊ idō volebat illud ꝓpheticū īplere. l Dicit ergo ei pilat⁹: mi. nō lo. mirabat̃ d̃ ei⁹ taciturnitate cū esset ī pūcto liberatiōis vl' ꝯdēnatiōis sue. Sequit̃: m Nescis q̄ ha. ptātē ⁊c̃. q. d. mihi saltē debe res rñdere. n Rñdit iesus. nō ad īpediendū suā passionē: sȝ ad rep̄mēdū pilati iactātiā. o Nō ha. pote. adū. me vl. nisi ti. da. essȝ desup. i. a p̄ncipib⁹ romāoꝝ: ⁊ vlteri⁹ p̄missū a deo q̄ ē ptās supior. Et ex h̃ arguit ei⁹ pctm̃: q̄ nō accepat ptātē a cesare ⁊ a deo ꝯdēnādi inoxios: sȝ magi' liberādi eos. ⁊ cū h̃ oñdit pctm̃ iude ⁊ iudeoꝝ esse maius q̄ pctm̃ ipsius pilati: q̄ ad occisionē xp̄i iudas fuit mot⁹ cupiditate. iudei aūt inuidia ⁊ rācore: sȝ pilat⁹ fuit mot⁹ humano timore: vt magis patebit. ⁊ h̃ est qd̄ d̃r: p Propterea q̄ me tra. ti. ma. pec. hȝ. in q̄ īcludit̃ pctm̃ pilati: q̄ mai⁹ nō d̃r nisi p cōparationē ad min⁹. q Et exinde. Hic ꝯñr allegāt iudei xp̄m fecisse ꝯtra legē imꝑatoris: q̄ videbāt ꝙ pilat⁹ parū erat mot⁹ eoꝝ p̄dicta allegatiōe: sȝ volebat iesū omnino dimittere. ⁊ hoc est qd̄ d̃r: Exinde q̄rebat pilat⁹ dimittere eū. Uiderat enī pilat⁹ tanq̄ hō astut⁹ ꝙ xp̄s rōnabiliter cōuicerat eū de pctō si eū innocētē ꝯdēnaret. ⁊ idō q̄rebat occasionē dimittēdi eū. qd̄ vidētes iudei clamabāt: r Si hūc di. nō es amic⁹ cesaris. i. non çelas ꝓ honore et statuto dñi tui custodiēdo. qd̄ arguūt ꝯñr. d. s Ōis ei q̄ se re. fa. ꝯtradicit cesari. Jmꝑatores enī romani abstulerāt a iudeis regiā dignitatē: ne haberēt rebellādi occasionē. Et ideo quicunq̄ inter iudeos dicebat se regē qualitercunq̄ videbat̃ cōtra ordinationē imꝑatoris facere. xp̄s āt cōcesserat se regē esse: vt ptȝ ex p̄dictis. ⁊ ideo q̄uis s̃ȝ veritatē hoc regnū nō esset ꝯtra dominiuȝ īpatoris: vt. s̃. dictū est. tñ h̃ arguebāt apparēter. pilat⁹ aūt nō audebat etiam s̃m minimā apparentiā facere ꝯtra imꝑatoris honorē. idō sequit̃: t Pilat⁹ ⁊c̃. adduxit foras iesū. vt corā iudeis euidenti⁹ de facto inq̄reret. ⁊ eoꝝ dictū falsū ostenderet. v Et sedit ꝓ tribunali. i. in loco sedis iudiciarie. x Jn loco qui dicitur lichostratos. i. lapidū stratura. ⁊ dicit̃ a lichos qd̄ est lapis: ⁊ stratos quod est pauimentuȝ siue stratura. ⁊ est nomē grecū. Hebraice aūt gabatha. q̄ hoc nomē habraicū idē significat sicut grecū. Jlle eī loc⁹ erat ante domū pilati. ante enī domos magnatoꝝ solet esse locus de lapidib⁹ p̄paratus. y Erat aūt parasceue. q̄ erat feria sexta ⁊ prima dies solennitatis paschalis. dicebatur aūt feria sexta parasceue. i. p̄paratio. q̄ illa die p̄parabāt iudei cibaria ꝓ die sabbati ī quo ñ erat licitū aliq̄d decoq̄: vt habet̃ Exo. xvj. z Hora quasi sexta. Contrariū videt̃ Marci. xv. vbi dicit̃: Erat aūt hora tertia: ⁊ crucifixerūt eū. prius aūt fuit iudicatus q̄ crucifixus. ergo ⁊c̃. Dicendum ꝙ s̃m veritatem erat temp⁹ medium inter tertiam et sextā. mediū aūt ab vtroq̄ extremo potest denominari. ⁊ ideo Marcus expressit illud tp̄s mediū p horā tertiā. iohannes Ꝟo p sextā. a Et dic̃ iudeis. allegās ꝓ xp̄i liberatione. b Ecce rex vester. q. d. mirū est ꝙ hunc hominem abiectū ⁊ flagellatū dicitis sibi velle vsurpare regnū iudeoꝝ. c Jlli aūt clamabāt. sicut furibundi. d Tolle tolle crucifige eū. q. d. nō possum⁹ videre eū. e Dicit eis pilat⁹. allegās in crucifixione xp̄i eoꝝ verecūdiā. dicēs: f Regē vestrū crucifigā? q. d. ex quo eū regnare formidatis. ⁊ iā de hoc fuit fama magna: erit vobis verecūdia si morte moriat̃ sic abiecta. vñ ⁊ postea pilat⁹ scripsit titulū cruci ad eoꝝ verecūdiā: Jesus naçaren⁹ rex iudeoꝝ. g Rñderūt pōtifices. Nō habemus regē nisi cesarē. Ex quo patet ꝙ extunc ꝑpetue subiectiōi romanoꝝ se obligauerūt ⁊ renūciantes omni alteri regie dignitati. Patet etiā eoꝝ obstinatio ad ꝓcurādū xp̄i mortē: cū ꝓ ei⁹ ꝓcuratiōe cōfessi sūt in ꝑpetuū seipos subiectos seruituti.

Margin: 22. q. 1. mo/ net re. h. si/ cut etiam. — Luce. 23 — Mat. 27 Mar. 15 Luc. 23 — Mar. 15 Luce. 23

Tūc ḡ

☞ poterāt mitigare. a Tūc g̃. Quia ꝓfitent cesarē apte ꝯ̄ se ee si aliū regē velit eis ingerere dimittēdo īpunitū quē ꝓpter hos ausus tradiderāt occidēdū. Vict⁹ g̃ timore tradidit eis iesū vt crucifigat. Eis: nō ꝙ ipsi manib⁹ eū acciperēt q̇ supra h̄ excusauerāt: sʒ vt crimine īpliciti videant a q̇ alieni eē conā tur: cū nō nisi ꝑ eis h̄ faceret pilatus. vñ nec ait vt crucifigerēt: sʒ vt crucifigeret iudicio ꝛ ptāte pilati. b Baiulās. Portabat crucē suā ihs. Grande ludibriū ipi͛s: grāde mysteriū piis gloriātib⁹ q̃si ī sceptro regni: ꝛ ē crux cādelabrū lucerne q̄ nō erat sub modio ponēda. Prīo dñs crucē portat: qꝛ prior passus ē. Postea īposita ē simoni cyreneo: qꝛ debem⁹ seq̄ vestigia ei⁹. c Et cū eo. Latro q̇ ꝑmāsit ī ꝑfidia: significat iudeos. q̇ ꝯfitet: gentes significat. d Et erat scri. He tres lingue ceteris eminebāt. Hebrea ꝓpt iudeos ī lege dei gl'iantes. Greca ꝓpt gētiū sapiētes. Latina ꝓpt romanos tūc pene oīb⁹ gētib⁹ impantes.
e Milites. Ecce q̄ gesta sūt iux crucē: cū iā crucifix⁹ eēt. f Quattuor. Quadripartita vestis signat eccl'iaʒ toto orbe q̇ q̃ttuor ꝑtib⁹ cōstat diffusā: oīb⁹ ꝑtib⁹ eq̄liter. i. cōcorditer distributā. Tunica sortita oīm ꝑtiū significat vnitatē q̄ charitat' vīculo cōtinet. g Incōsutil'. Ne aliq̄ñ dissoluat vnitas eccl'ie ꝛ ad vnū ꝑuenit: qꝛ oēs ī vnū collegit: sic̄ ꝛ ī duodeci vn⁹ petr⁹ ꝓ oīb⁹ dicit: Tu es xp̄s fili⁹ dei viui: ꝛ ei ꝓ oīb⁹ d̄r: Tibi dabo claues regni celoꝝ: vn⁹ ꝓ oīb⁹: qꝛ vnitas ē ī oīb⁹. h Desuꝑ. Quia charitas supeminet oīb⁹ ꝑ totū: qꝛ nemo ē ei⁹ expers q̇ ꝑtinere videat ad totū: a q̇ toto sic̄ greca īdicat ligua: catholica vocat eccl'ia q̄ in sorte dei gr̄a cōmēdat.
[margin: Mat.16.d]
☞ Cū vidisset.

## Nico.de lyra

a Tūc g̃ tra. Hic īcipit agere euāgelista d̄ crucifixione xp̄i. Et diuidit in tres. qꝛ prīo agit d̄ crucifixiōe. scd̄o d̄ morte. ibi: Postea sciens iesus. tertio d̄ sepultura. ibi: Post h̄ aūt rogauit. Prīa in duas. qꝛ prīo describit ip̄am crucifixionē. scd̄o agit d̄ ꝯsequentib⁹ ad ip̄m. ibi: Scripsit aūt titulū. Circa p̄mū sciēdū ꝙ pilat⁹ vidēs ꝙ ꝓpt mortē xp̄i obligabāt se iudei ꝑpetue seruituti romanoꝝ: timuit si h̄ refutaret ne accusaret apd̄ cesarē. ꝛ iō mot⁹ timore īꝑatoris ꝛ fauore iudaici ppl'i cui p̄ erat: ꝛ a q̇b⁹ pecunias leuare sꝑabat: ꝯ̄ iusticiā dedit sniaʒ d̄ morte īnocēt' ꝛ h̄ ē qd̄ d̄r: Tūc g̃ tradidit eis illū. ꝑ sniam diffinitiuā. b Ut crucifige. tñ pri⁹ lauit man⁹ suas īponēs pctm̄ d̄ morte xp̄i iudeis ip̄is h̄ recipiētib⁹: vt hr̄ Matth. xxvij. Quis nō eēt ꝑ h̄ excusat⁹ ꝯm v̄itatē.
c Et baiu. si. cru. Prīo ei portauit eā vt h̄ d̄r: tñ postea īuenientes simonē cyrenēsem fecerūt sibi portare crucē vt citi⁹ venirēt ad locū passiōis: qꝛ iesus ꝑ totā noctē p̄cedētē afflict⁹ fuerat: ꝛ iō lēto gradu īcedebat. d Exiuit ī eū q̇ d̄r ꝛc̄. Iste locus erat ꝓpe ciuitatē hierl'm: ꝛ dicūt aliq̇ ꝙ d̄r loc⁹ caluarie a caluaria Ade ibi sepulti. sʒ h̄ ē falsū: qꝛ sepult⁹ fuit ī hebrō: vt d̄r Jos. xiiij. Sʒ sic noīat locus caluarie: qꝛ ī illo loco malefactores decapitabāt: ꝛ sic ptʒ mort' xp̄i turpitudo ex cōditione loci: ꝛ ex mō mortis. cū d̄r: e Ubi cru. eū. Crucifixio enī erat turpissimū gen⁹ mort'. f Et cū eo alios duos ꝛc̄. Ex q̇ apparet turpitudo mort' xp̄i rōne societat': qꝛ īter duos malefactores fuit crucifix⁹: h̄ aūt factū ē ex iudeoꝝ ītētiōe ꝛ diuia ordinatione. tñ diuersimode: qꝛ iudei ꝑ h̄ ītēdebāt inducere suspitionē ppl'o ꝙ iesus eēt ꝑticeps ꝛ pricipalis in eoꝝ malefactis. Ex intētiōe aūt diuia factū ē h̄ vt impleret sc̄ptura Esa. liij. Et cum iniq̇s deputat⁹ est.

ꝰ .i. volūtati eorū.
a gē nisi cesarē. Tūc ergo tradidit a
a ꝰ milites facto iudeorū voto q̇ totū fecerūt qd̄ fieri extorserūt.
eis illū vt crucifigeret. † Suscēpe b
a ꝰ suo humero vt eā cōmēdaret imitaturis.
b rūt aūt iesū ꝛ eduxerūt. Et bāiu c†
ꝰ .i. decollatorū.
lās sibi crucē: exiuit ī eū q̇ d̄r cal/ d
ꝰ locus decollationis.
uarię locū: hebraice āt golgotha.
a ꝰ latrones vt alij dicūt: vt sic cū ip̄is deputat⁹
c Ubi crucifixerūt eū: ꝛ cū eo ālios e f†
duos hic ꝛ hinc: mediū aūt iesuz.
ꝰ operat diuina vis in corde nescientis.
Scripsit aūt titulū pilat⁹: ꝛ posuit suꝑ crucē. † Erat āt sc̄ptū: Je g h i k
ꝰ corde nō carne.
sus naçaren⁹ rex iudęoꝝ. Hūc er/ l m
go titulū multi legerūt iudęorū:
qꝛ ꝓpe ciuitatē erat loc⁹ vbi cru/
d cifixus est ihs: † Et erat scriptum n
ꝰ trib⁹ linguis scribit: q̃si trib⁹ testib⁹: qꝛ in ore
hebraice gręce ꝛ latine. Dicebāt o
d. vel t. t. st. o. v. a ꝰ q̇ p̄dixerāt nō habem⁹ regē
ergo pilato pōtificēs iudęorum:
nisi cesarē. a ꝰ nō potest mutari qd̄ veritas dixit: nec qd̄ pilatus scripsit.
Noli scribēre rex iudęoꝝ: sʒ quia p
ipse dixit: rex sū iudęorū. Rñdit q†
a ꝰ vt impleat scriptura: Ne corrūpas tituli inscriptione. b ꝰ q̃si: nō corrūpo veritatē et si vos diligitis falsitatem.
e pilāt⁹: Quōd sc̄bsi sc̄bsi. † Milites r†
ergo cū crucifixissent eū: accepe/
a ꝰ de alijs vestimētis sine sorte. ꝰ hinc apparet quattuor milites fuisse qui crucifixerunt.
f rūt vestimēta ei⁹: ꝛ fecerūt quāt/ s
tuor ꝑtes vnicuiq3 militi ꝑtem: ꝛ
ꝰ acceperūt sil'r: sʒ ñ sil'r diuiserūt. ꝰ hec ē cā q̃re
g tunicā. Erat aūt tunica incōsutil' t v
nō diuiserūt. a ꝰ qꝛ charitas supeminet p̄ oīb⁹.
h desuꝑ cōtēxta ꝑ totū. Dixerūt er x y
go ad īuicē: † Nō scindam⁹ eā: sed z
sortiamur d̄ illa cui⁹ sit. Ut sc̄ptu a
a ꝰ non sortiti.
ra impleret dicēs: † Pārtiti sunt b

g Scripsit aūt. Hic ponūt q̇dā ꝯsequētia ad xp̄i crucifixionē: ꝛ sūt tria. qꝛ p̄mū ꝑtinet ad pilatū. scd̄m ad milites crucifigētes iesū. tertiū ad parētes xp̄i exīstētes ꝓpe eū. scd̄m ponit. ibi: Milites ꝭ aūt. tertiū ibi: Stabāt aūt. Circa p̄mū sciēdū ꝙ modus romanoꝝ erat scribere cām mortis crucifixorū suꝑ lignū crucis. iudei aūt ꝯ̄ volūtatē pilati petierūt xp̄m crucifigi: vt ptʒ ex p̄dictis: ꝛ iō ꝑ talē modū scripsit titulū vt redūdaret ī verecūdiā eoꝝ. ꝛ h̄ ē qd̄ dicit: Scripsit āt ꝛ titulū pilat⁹: ī q̇dā charta tabule affixa. h Et po. suꝑ cru. illā tabulā. i Erat aūt scri. iesus. ī q̇ exprimit nomē ꝓpriū. k Naçarenus. q̇ ad patriā: qꝛ ibi fuit nutrit⁹: vt dictū ē. l Rex iudeoꝝ. ī q̇ exprimitur causa mortis. m Hūc g̃ ti. multi le. iudeoꝝ. ꝛ cā subdit: Quia ꝓpe ciuitatē erat loc⁹ vbi crucifixus est iesus: ꝛ iō multi d̄ ciuitate poterāt d̄ facili illuc venire. n Et erat scriptus he. gre. et lati. vt oēs q̇ d̄ diuersis partib⁹ orbis ad festū paschale venerāt possent illū legere. Uenerāt eī ibi aliq̇ gētiles: vt. s̄. dictū ē. ca. xij. Et iō titul⁹ fuit script⁹ ī trib⁹ linguis p̄ncipalib⁹. o Dicebāt g̃ pi. pō. iu. no. scribere ꝛc̄. qꝛ videbāt ꝙ talis mod⁹ scribēdi redūdabat ī verecundiā eoꝝ: ꝛ maxīe ꝓpter gētiles q̇ h̄ v̄bū erāt reportaturi ad diuersas ꝑtes orbis. ꝛ iō voluerūt titulū sic corrigere. p Sed qꝛ ip̄e dixit rex sū iudeoꝝ. h̄ ei mō nō sonaret in eoꝝ verecūdiā. q Rñdit pilat⁹ qd̄ sc̄bsi sc̄bsi. qd̄ scripserat ꝯfirmādo. nec fortuitu factū ē h̄ sʒ diuina p̄ordinatione: qꝛ h̄ erat ante ꝓphetatum. ꝓpter qd̄ Ps̄. lviij. q̇ loquit de passiōe xp̄i: ꝛ duo psalmi p̄cedētes sic intitulant: Ne corrūpas tituli inscriptionē. ꝛ iō titul⁹ crucis xp̄i tripl'r descriptus nō fuit mutat⁹: sʒ magl' cōfirmat⁹. r Milites aūt. Hic ponit secūdū ꝯsequēs ad xp̄i crucifixionē: et ꝑtinet ad milites q̇ crucifixo xp̄o diuiserūt sibi vestes suas. ꝛ h̄ ē qd̄ d̄r: Milites g̃ cū crucifixissent eū acce. vesti. ei⁹. Ex q̇ apparēt duo. primū ē passionis xp̄i ignominia: ī h̄ ꝙ nudū eū crucifixerūt qd̄ nō fit nisi abiectis ꝛ vilib⁹ ꝑsonis. scd̄m ē crucifigētiū auaricia: qꝛ xp̄i vestes q̃uis eēnt parū valētes. tñ sibi rapuerūt. s Et fecerūt ꝛc̄. qꝛ erāt quattuor milites ip̄m crucifigētes. t Et tuni. s. citra ꝑtes p̄dictas quā nō diuiserūt: eo ꝙ erat ineptā diuisioni. qd̄ ptʒ ex eo ꝙ subdit: v Erat aūt tuni. incōsu. i. sine sutura. x Desuꝑ cōtexta ꝑ totū. Ex h̄ dicūt aliq̇ ꝙ xp̄s p̄ciosis vestib⁹ vtebat. sʒ Chrys. dicit cōtrariū dicēs ꝙ ī palestina pauperes induebant talib⁹ indumentis reticulato oꝑe fact' ad modū cilicioꝝ: ꝛ h̄ videt veri⁹: qꝛ xp̄s cōmēdauit vilitatē vestimētoꝝ ī iohe baptista Matth. xj. Quid existis ī desertū videre hoīem mollib⁹ vestitū. q. d. nō: ꝛ p̄ciositatē ibidē reprobauit dicēs: Ecce q̇ mollib⁹ vestiunt ī domib⁹ regū sūt ꝛc̄. Jesus autē cepit facere et docere: vt hr̄ Act'. j. ꝛ iō nō est verisil'e ꝙ vsus fuerat p̄ciosis vestib⁹. y Dixerūt ꝛc̄. nō scindam⁹ illā: qꝛ partes nihil valuissent. z Sed sortiamur de illa cui⁹ sit. Uñ ptʒ ꝙ suꝑ solā tunicā miserūt sortē. Sʒ ꝯtrariū videt Mar. xv. vbi dicit: Diuiserūt sibi vestimēta ei⁹ ꝛ mittētes sortē suꝑ eis q̇d quis tolleret. Dicendū ꝙ dictū Marci debet diuisiue intelligi sic: Diuiserūt sibi vestimenta ei⁹. s. alia a tunica. ꝛ postea sequit: Mittētes sortē suꝑ eis qd̄ ꝑ synechdochē dʒ intelligi: super eis. i. suꝑ aliqd̄ eoꝝ. s. suꝑ tunicā q̇d. q̇s tolleret. i. q̇s tolleret illā tunicā. sequit. a Ut scriptura impleret. q̄ dicit Ps̄. xxj. b Partiti sūt vesti. m. sibi. s. alia a tunica īcōsutili.

[margin: † Ma. 27. d; Mat. 15 b; Luc. 15. d]
[margin: D]
[margin: † Mat. 27. e; Mar. 15. e; Luc. 23. 8]
[margin: † Mat. 27 d; Mar. 15 d; Luce. 23. 6]
[margin: † 16. q. 7. sic domini]
[margin: E]
[margin: † Ps. 21.]

G a Cũ vidisset. Qui diuina factur⁹ q̃si repulit ignotã mr̃ez iã ondit venisse horã quã tũc p̃dixit in q̃ agnoscit de q̃ fuerat mortal'r nat⁹: ⁊ docet vt a p̃jͤs filijs īpēdat̃ cura a parentib⁹. Vñ ⁊ apl's: Si q̃s suoꝝ curã nõ habet: fidē negat ⁊c. b Mulier ec. Mr̃i quã reliquit alterũ ꝓ se filiũ q̃dãmõ tribuit. Nã cur hec fecerit: hec frequētia indicãt: Ex illa hora a.e.d.in suã. q̃ ⁊ si iã nõ hr̃et ꝓ̄ia ī illa societate cētupliciter accepat vbi erãt oĩa cõia: nihil habēs ⁊ oĩa possidēs. c Oĩa cõsũ. Oĩa q̃ oportebat fieri añq̃ʒ accipet acetũ et traderet spm̃. Ut etiã scriptura h̃ ɔsũmaret̃. In siti m.p.m.a.dicit: Sitio. q̃si h̃ min⁹ fecistis: date q̃ꝺ estis. Degenerauerãt ei a vino patrũ de iniq̃tate mũdi: q̃si de pleno vase īpleti: h̃ñtes cor vt spõgiã cauernosis ⁊ tortuosis latibulis fraudulētũ. Ysop⁹ humilis herba pect⁹ purgat: significat hũilitatē x̄pi ꝑ quē fusus sãguis nos emundat. Hãc circũdederũt iudei: ⁊ se circũuenisse putauerũt. Arundo significat scripturã q̃ h̃ facto implebat̃.

d Sʒ vn⁹. Uigilãti v̄bo vsus ē: nõ dicit ꝑcussit vel vulnerauit: sed aperuit: vt illic q̃dãmõ vite hostiũ pãderet̃ vñ sacr̃a eccl'ie emanauerũt: sine q̃bus ad vitã nõ ītrat̃. Ille sãguis fusus est ī remis.pec.aq̃ ⁊ lauacrũ p̃stat ⁊ potũ. Ecce ostiũ ī latere arce quo ītrant aĩalia dilunio nõ ꝑitura. Ecce mulier facta ꝺ latere dormientis.

G Sicut mos

[Margin: 1.Tio.5.a — 2.Cor.6.b — Ps.68. — †27.q.2 q̃ꝺ aũt.§.Itē si cõiuges. c.p̃riusq̃ʒ ⁊ c.si cui. — F — Geñ.7.b — Ibidē.2.d]

vestimēta mea sibi: ⁊ ī vestē meã miserũt sortē. Et milites q̃dē h̃ fecerũt. Stabãt ãt iuxta crucē iesu mr̃ ei⁹: ⁊ soror mr̃is ei⁹ maria cleophe ⁊ maria magdalene. Cũ vidisset ḡ iesus matrē ⁊ discipuluʒ stãtē quē diligebat: dicit mr̃i sue. Mulier ecce fili⁹ tu⁹: † Deinde dicit discipl'o: Ecce mr̃ tua. Et ex illa hora ãccepit eã discipul⁹ ī suã. Postea sciēs ih̃s q̃r oĩa ɔsũmata sũt vt cõsũmaret̃ scriptura dicit: † Sitio. Uas aũt positũ erat aceto plenũ. Illi ḡ spõgiã plenã aceto isopo circũponetes õbtulerũt ori ei⁹. Cũ ḡ accepisset iesus acetũ: dixit: † Cõsũmãtũ est: Et inclinato capite tradidit spm̃. Judei ḡ q̃m parasceue erat: vt nõ remanerēt in cruce corpora sabbato. (Erat eni magn⁹ dies ille sabbati:) rogauerũt pilatũ vt frãngerēt̃ eoꝝ crura: ⁊ tõllerent̃. Uenerũt ergo milites ⁊ primi q̃dē fregerũt crura: ⁊ alteri⁹ q̃ crucifixus ē cũ eo. Ad iesũ aũt cũ venissent vt viderũt eũ iã mortuũ: nõ fregerũt eius crura. † Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua.

[Interlinear glosses: tunicam. — a hec erat mater iacobi. b filia cleophe. — pre ceteris familiarius. — a q̃r ad ei⁹ curã q̃cq̃d ei est necessariũ ꝑtinet. b matrem. — qui oĩa disposuit ꝑ nescientes agit. — a arũdinē vt alt⁹ dicit. — a q̃ꝺ ꝓpheta p̃dixerat: ⁊ q̃r nihil iam restat q̃ꝺ ante mortē fieri oportet ⁊ tradidit spm̃: vt q̃ ꝓtãtē habebat ponendi aĩaʒ suã et iterũ sũmēdi eã. — a vt morerent̃. — a mortui de ligno: ne pendentes magnũ diē sui diuturni cruciatus horrore fedarent.]

# Nico.de lyra

a Et ī ve.meã mi.sor.i.sũꝑ aliã tunicã incõsutilē. ex q̃ etiã ꝑtʒ q̃ x̄ps ꝓprie habebat pl'a vestimenta. b Et mi.q̃.h̃ fecerũt.s.sic̃ erat scriptũ Ps̃. p̃dicto. h̃ addit euangelista vt oñdat ꝓphetiã ĩpletũ ꝑ factũ eoꝝ.ꝑtʒ etiã ꝑ p̃dicta falsitas iudeoꝝ exponentiũ Ps̃.p̃dictũ de ꝑsecutiõe quã habuerũt iudei ꝑ amã: dicētes q̃ mardocheus fecit p̃dictũ Ps̃.q̃r titul⁹ psal.oñdit ɔtrariũ: q̃r ille psal. intitulat̃ a dauid nõ a mardocheo. Itē ī p̃ricipio psal. ꝺr: Lõge a salute mea v̄ba rugitus mei. ꝭm v̄itatē hebraicã ⁊ trãslationē Hiero. q̃ꝺ verificatũ ē ꝺ passiõe x̄pi: q̃ nõ fuit liberat⁹ a passiõe q̃ʒuis de h̃ clamaret ad p̃rem: sic̃.s̃. dictũ ē xij.ca. Pater saluifica me ex hac hora. Tp̃e aũt Mardochei iudei fuerũt liberati celeriter post orõnem eoꝝ: q̃r p̃ri⁹ fuerũt liberati q̃ʒ veniret tp̃s statutũ īterfectiõis eoꝝ. Itē ibidē s̃bdit: Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meos: q̃ꝺ nõ est ĩpletũ ī Mardocheo nec in aliq̃ iudeo illi⁹ tp̃is: sʒ magis ecõuerso ipsi iudei Amã ⁊ filios ei⁹ crucifixerũt. c Stabãt. Hic ponit̃ tertiũ ɔn̄s ad x̄pi crucifixionē: ⁊ ꝑtinet ad ei⁹ parētes: q̃r x̄ps ī cruce posit⁹ añq̃ʒ moreret̃ voluit matri sue ꝺ custodia ⁊ ministro ꝓuidere: dãs exẽplũ alijs vt ĩpi sint solliciti ĩpēdere debitũ obsequiũ parētib⁹ suis. ⁊ h̃ est q̃ꝺ ꝺr: Stabãt aũt iuxta crucē iesu ⁊c. Cõtrariũ aũt videt̃ Luce.xxiij. vbi ꝺr: Stabãt aũt oēs noti ei⁹ a lõge. Dicēdũ q̃ p̃rio fuerũt ꝓpe: vt hic ꝺr: ⁊ tũc x̄ps hec v̄ba dixit: ꝭ ꝓcedēte passione ꝓpter turbã cõprimētē se retraxerũt: ꝭm q̃ dicit Lucas. vl' forte iste ꝑsone h̃ noĩate tãq̃ʒ magl' feruētes ī amore x̄pi ꝓpinte q̃ ꝑ timore a lõge stabãt: ⁊ ꝺ ill'loq̇t̃ Lucas: dicit tñ q̃ oēs noti ei⁹ stabãt a lõge. q̃r m'lto pl'es erãt stãtes a lõge q̃ʒ a ꝓpe. d Cũ vidisset ⁊c. quē diligebat.s.iohẽm q̃ sc̄psit h̃ euãgeliũ: ⁊ ꝓpter h̃ de se loq̇t̃ tãq̃ʒ de q̃dã altero. vt.s̃.dictũ ē. e Dicit mr̃i sue: Mu.ec.fi.tu.q.d. vsq̃ʒ nũc fui tibi ad obsequiũ: ꝺ cetero iste erit loco mei. Et nota q̃ loquēs mr̃i sue ꝺ cruce nõ dixit ei mr̃: ꝭ mulier vocãs eã cõi noĩe: ne ex teneritudine noĩs materni

[Margin: † De cele.mis.in q̃dã — 120 (manuscript) — † De ɔse. di.2.c.i.et.c. oportet. et dis.4.c.ꝓprie in fine — G]

terni si exp̄meret̃ aggrauaret̃ anim⁹ v̄ginis vidētis passionē filij. f Deinde di.dis.ec.ma.tua.q.d. deputo te ad ei⁹ obsequiũ. g Et ex il.ho.⁊c.ī suã.s.curã ⁊ diligētiã. h Postea sciēs. Hic agit euãgelista de x̄pi morte. Et diuidit̃ ī duas q̃r p̃rio ponit̃ x̄pi ɔsũmatio ꝑ mortē. scꝺo ei⁹ lãceatio post ipsam. ibi: Judei ḡ. Circa p̃mũ sciēduʒ q̃ cõsũmatio nr̃e salut' ɔsũmãda erat ꝑ venerabilē mortem x̄pi: vt declarat apl's ad Heb.ij. ⁊ h̃ ē q̃ꝺ ꝺr hic: Postea supple q̃ dicta sũt. i Sciens ⁊c. q̃r oĩa ɔsũ.st.s.q̃ sc̄pta erãt ꝺ x̄po passuro: q̃r pauca restabãt añ mortez ei⁹ ĩplēda.s.ei⁹ potatio q̃ ī ꝓmptu erat. vñ seq̇t̃: k Ut ɔsũ.scri. Ps̃.lxviij. In siti mea potauerunt me aceto. iõ ad illꝺ residuũ implēdũ. l Dicit: sitio. tm̃ laborauerat ⁊ ꝺ sãguine emiserat: q̃ corp⁹ ei⁹ erat desiccatũ ⁊ adustũ: ⁊ ꝓpt̃ h̃ sitiebat supra modũ: ⁊ talis sitis ē maximũ tormētũ. m Uas aũt erat po.⁊c. Illud ei portauerant milites vt darēt crucifixis ad bibēdũ vt ꝑ h̃ citi⁹ morerēt̃: ⁊ sic de custodia eoꝝ ī cruce expedirēt̃: Talis ei potatio aceti mortē accelerat crucifixi: vt dicũt aliq̃. aliã aũt cãm hui⁹ aceti tetigi: Matth.xxvij. q̃ videt̃ ꝓbabilior ista: ⁊ est ibidē satis diffuse posita. ꝓpter q̃ꝺ hic omitto. n Illi ḡ spon. ple.aceto Ysopo.i.ligno ysopi. o Circũponetes obtu.ori ei⁹. Erat ei eleuat⁹ a terra ita q̃ sola manu nõ poterãt attingere ad os ei⁹. p Cũ ḡ ac.⁊c. Cõtrariũ videt̃ Matth.xxvij. vbi ꝺr: Noluit bibere. Dicēdũ q̃ illꝺ q̃ꝺ ē modicũ q̃si nihil reputat̃: vt ꝺr ij.physi. ⁊ iõ q̃r paꝝ ꝺ illo aceto accepit: vt dicit h̃ Joh. Matth. dicit: Noluit bibere. ꝑ talē etiã modũ loquēdi dicim⁹ cõit̃ ꝺ paꝝ bibēte q̃ꝺ ñ vult bibere. q Dixit ɔsũma.ē.s. q̃cq̃d erat sc̄ptũ ꝺ me. Uel al'r: Cõsũmatũ ē. op⁹ redēptiõis hũane. r Et icli.ca.tra. spm̃. oñdēs ex mõ moriendi q̃ moriebat̃ ex obediētia p̃ris ⁊ nõ īuolũtarie sic̃.s̃. dixerat ca.x. Nemo tollit a me aĩam ꝭ ego pono eã. s Judei ḡ. Hic describit̃ vulneratio x̄pi mortui. Et diuidit̃ ī tres: q̃r p̃rio ponit̃ vulnerationis occasio. scꝺo ip̄a vulneratio. ibi: Uenerũt ḡ milites. tertio dicti certificatio. ibi: Et q̃ vidit. Circa p̃mũ sciēdũ q̃ occasio vulnerationis x̄pi mortui fuit: q̃r iudei volebãt cadauera ꝺ cruce deponere ꝓpt̃ solēnitatē crastinã īminētē: q̃ īcipiebat a vespa illius diei ī q̃ x̄ps fuit crucifixus: lʒ ei fuerit crucifix⁹ p̃ria die pasche q̃ erat solēnis apud iudeos. tñ scꝺa dies ꝓtũc fuit solēnior rõne sabbati apud iudeos. Dies eni sabbati occurrēs infra octauã pasche erat dies solēnior: q̃r tũc festũ duplicabat̃: ⁊ h̃ ē q̃ꝺ ꝺr: Judei ḡ q̃m parasceue erat. i. dies vener'. ī cui⁹ vespera īcipit solēnitas sabbati seq̇ēt'. t Ut nõ rema.⁊c. Erat ei h̃ indecēs ī tãta solēnitate. vñ seq̇t̃: v Erat ei mag.⁊c. q̃r sicut dictũ est solēnitas ei⁹ duplicabat̃ ꝓpter octauã pasche cõcurrentē. x Rogauerũt pi. vt frãge. eoꝝ cru. ne aliq̃ mõ euadere possent ⁊ tollerent̃ de patibulis. y Uenerũt ḡ milites ⁊ primi q̃dē fre.⁊c. Sʒ videt̃ q̃ venissent ad iesũ anteq̃ʒ fregerũt crura secũdi: q̃r iesus erat ī medio amboꝝ. Dicēdũ q̃ duo milites frangebãt ⁊ vn⁹ fregit crura vni⁹ latronis ex vna ꝑte: ⁊ alter crura alteri⁹ ex altera ꝑte: ⁊ sic ambo venerũt hincinde ad iesũ q̃ erat in medio. ⁊ hoc est q̃ꝺ dicit̃: z Ad iesum aũt cũ venissent: vt vi.eũ iã mor.nõ fre.ei⁹ crura: q̃r h̃ nõ fiebat nisi ad hoc q̃ euadere nõ possent depositi ꝺ patibulis. a Sʒ vn⁹ mi.lan.la.ei⁹ aperuit. vt certificaret̃ ꝺ morte ei⁹. b Et ɔti.exi.sã.⁊ aq̃. Sãguis ad nr̃am redēptionē: aq̃ ad pctõꝝ ablutionē. Sciēdũ tñ q̃ ista aq̃ miracl'ose exiuit

q̃r non

[Margin: † Mat.27.f — Mar.15.c — Luc.23.e — † De cele.mis.c.cum marthe.§ q̃siuisti.⁊.c in q̃daʒ.§. per hoc.]

a Sicut mos. Nõ frustra ait: sicut mos est iudeis: sꝫ admonet in hmõi officijs morẽ cuiusqꝫ gẽtis esse seruãdum.

Et qui vidit testimoniũ ꝑhibuit: a b
a ❡ nõ ait sciatꝭ: scit ipe q̃ vidit: credat ei q̃ ñ vidit.
ꝛ verũ ẽ ei⁹ testioniũ: ꝛ ille scit qꝛ vera dicit: vt ꝛ vos credatis. Facta sũt eñi hec vt scriptura imple c
a ❡ ob qd̃ dixit: nõ fregerũt ei⁹ crura. b ❡ agno.
ret. †Os nõn cõminuet[a] ex eo.[b] Et d
a ❡ ad h̃ qd̃ dixit: lãcea lat⁹ ei⁹ aperuit. b ❡ qꝛ in ea carne vetur⁹ est in qua ẽ crucifixus.
iteruꝫ alia scripturã[a] dicit: †Videbũt[b] i quẽ trãsfixerunt. †Post hec e f+
aũt rogauit pilatũ ioseph ab arimathia eo ꝙ esset discipul⁹ iesu: g h
occult⁹ aũt ꝓpter metũ iudeoꝝ i
vt tolleret corp⁹ iesu. Et ꝑmisit pilat⁹. Venit ergo ꝛ tulit corpus iesu. k l m
† Venit aũt ꝛ nicodem⁹ q̃ venerat n
a ❡ qꝛ nõ nocte solũ sed nocte primũ.
ad iesũ nocte[a] primũ: ferẽs mixturã myrrhe ꝛ aloes q̃si libras cẽtũ. o†
Acceperũt ergo corp⁹ iesu ꝛ ligauerũt eũ lintheis cũ aromatib⁹: sic p
mos ẽ sepelire iudeis. Erat aũt i loco vbi crucifixus est hortus: ꝛ i q
a ❡ sicut in vtero marie nemo ante eũ: nemo post eum: ita in hoc monumento.
horto monumẽtũ nouũ i quo[a] nõ r
a ❡ accelerata sepultura ne vesperasceret quãdo nihil tale licebat facere.
dũ q̃sq̃ posit⁹ fuerat. Ibi ergo[a] ꝓpter parasceuẽ iudeoꝝ qꝛ iuxta erat monumẽtũ posuerũt iesũ. s

## Nico. de lyra

❡ Currebãt qꝛ nõ fuit humor flegmaticus vt dicũt aliq̃: sed aqua pura ad ostẽdẽdũ ꝙ corp⁹ xp̃i erat ex veris elemẽtis cõpositũ: ꝯ errorẽ eoꝝ q̃ dixerũt eũ hr̃e corp⁹ celeste: sicut dixit Valẽtinus ꝛ seq̃ces sui: ꝛ eoꝝ q̃ dixerũt euꝫ hr̃e corp⁹ fãtasticũ sicut Manichei. a Et q̃ vidit. Hic ponit̃ certificatio qꝛ ipe iohes q̃ scripsit h̃ euãgeliũ pñtialiter existẽs vidit h̃ factũ. ꝛ iõ eius testimoniũ ẽ efficax ad credẽdũ. ꝛ h̃ ẽ qd̃ dr̃: Et q̃ vidit. i. egoipse. loq̃t̃ ei de se ꝑ modũ alteri⁹: sicut. s̃. dictũ ẽ. b Testimoniũ ꝑhibuit ꝛc̃. ptꝫ lr̃a ꝑ p̃dicta. seq̃t̃: c Facta sũt eñi hec vt scp̃tura ĩpleret̃. Exo. xij. Os nõ cõminuetis ex eo. Agn⁹ eñi paschalis fuit figura expressiua passiõis xp̃i. iõ ordinatiõe diuina cõstitutũ ẽ vt ossa agni paschalis nõ frãgerent̃: vt sic figura ꝛ veritas correspõderent: qꝛ veri agni ossa nõ sũt fracta i cruce vt p̃dictũ est. d Erit ex alia scri. di. de ei⁹ trãsfixione Zach. xij. e Videbũt i quẽ trãsfixerũt. Lr̃a Hiero. hꝫ: Aspicient ad me quẽ cõfixerũt. Propheta eñi loq̃tur i ꝑsona xp̃i loquẽs i pria ꝑsona: s̃ euãgelista refert illd̃ ad xp̃m loquẽs in tertia ꝑsona: ꝛ eadẽ ẽ sñia: illa aũt trãsfixio ꝓprie fuit i lãcee vulneratione. Sꝫ hec videbit̃ a iudeis i iudicio futuro: qꝛ cicatrices vulnerũ reseruate sũt a corꝑe xp̃i resurgẽte: nõ solum ad certificationem sue resurrectionis ostẽdẽdo illas cicatrices apl̃is: sꝫ etiã ad cõuincẽdũ iudeos i futuro iudicio de peccato sue mortis. f Post hec aũt. Hic agit̃ ꝯñr de xp̃i sepultura q̃ fuit gl̃iosa: s̃m ꝙ erat p̃dictum: Esa. xj. Et erit sepulchrũ ei⁹ gl̃iosum: q̃uis p̃cedẽs mors fuit ignominiosa. ꝛ h̃ ẽ qd̃ dr̃: Post hec aũt rogauit pilatũ ioseph. Erat ei ei familiaris cuꝫ eẽt nobilis decurio. vt dr̃: Mar. xv. ꝛ iõ securi⁹ eũ rogauit. g Ab arimathia. oriũdus. Eadẽ ẽ ciuitas q̃. j. Reg. dr̃ ramatha de q̃ fuit Samuel. h Eo ꝙ discipul⁹ eẽt iesu. i. fideliter credẽs ei⁹ doctrine. i Occult⁹ aũt ꝓ. me. iu. Ante ei passionẽ ex ĩꝑfectione timebat de synagoga expelli qd̃ erat ignominiosũ si cõfiteret̃ xp̃m: tñ post passionẽ feruẽtior fact⁹: exẽplo xp̃i aĩat⁹ manifestauit se volẽs xp̃m honorifice sepelire. ꝛ iõ sequit̃: k Vt tolleret corpus iesu. ad sepeliẽdũ. l Et ꝑmisit pilat⁹. tũ ꝓpter reuerẽtiã petẽtis: tũ ꝓpter ĩnocẽtiã xp̃i passi quã ipse cognouerat. m Venit ergo ꝛ tu. cor. iesu de cruce. Corꝑa ei dãnatoꝝ nõ poterãt sepeliri nisi de licẽtia p̃sidis. n Venit aũt et nico. q̃ ve. ad iesũ no. vt. s̃. dictũ ẽ ca. iij. o Ferẽs mixturã myrrhe et aloes q̃si libras cẽtũ. Iste etiã Nicodem⁹ ante passionẽ xp̃i sicut ioseph erat xp̃i discipulus occult⁹: sed post passionẽ ex feruore se manifestauit sicut ꝛ ioseph. Sciẽdũ etiã ꝙ lꝫ ex deuotione istã vnctionẽ faceret: videt̃ tñ ꝙ plenã noticiã de xp̃i resurrectione nõ haberet: qꝛ de eo erat scriptuꝫ Ps̃. xv. Nõ dabis sctm̃ tuũ videre corruptionẽ: ꝓpter qd̃ nõ indigebat vnctiõe cõseruãte ꝯ putrefactionẽ. p Acceperũt ergo cor. ie. ꝛ liga. eũ lintheis. i. pãnis lineis ĩuoluerũt: ꝓpter qd̃ statutũ est ꝙ corꝑalia sup̃ q̃ cõficit̃ corpus xp̃i nõ fiãt de pãno serico sꝫ tm̃ lineo: vt hr̃ de cõsecra. dis. j. Ex cõsultu oĩm. q Erat aũt i loco vbi crucifixus ẽ hortus. i. ꝓpe locũ crucifixionis. r Et in horto monumẽtũ nouũ ꝛc̃. hoc factũ ẽ ꝓpter certitudinẽ dñice resurrectionis: qꝛ si fuisset sepult⁹ in monumẽto vbi iã alij fuissent sepulti: posset resurrectio dñica a iudeis alteri ĩputari. s Ibi ergo ꝓpter parasceuẽ iudeoꝝ: qꝛ iuxta erat monumẽtũ posuerũt iesum. Hoc ẽ dictũ qꝛ feria sexta in qua licitũ erat oꝑari ꝛ corꝑa sepeliri iã declinabat ad vesperã. ꝛ iõ sepelierũt iesũ i loco ꝓpinquo: qꝛ nõ poterãt lõge portare ꝓpter solẽnitatẽ sabbati de ꝓpinquo ĩminentẽ ꝛc̃.

## Moraliter.

c† Tũc ergo apprehẽdit eũ pilatus ꝛ flagellauit ꝛ milites ple. co. ꝛc̃. Beda. Et q̃uis h̃ milites illudẽdo facerẽt: nobis tñ oꝑabant̃ mysteria: nã ꝑ spineã coronã nostroꝝ designat̃ susceptio pctõꝝ q̃ sicut spinas terra nostri corꝑis germinat: in vestimẽto purpureo caro ei⁹ passionib⁹ obiecta significat̃. purpura etiã vestit̃ cũ de triũphis sãctorũ martyrũ gl̃iatur. h† Aue rex iudeoꝝ. sic faciũt illi q̃ in ecclesijs deuotiõis ostendũt signa: ꝛ cito post iniurias xp̃o graues i mẽbris suis faciũt. q† Clamabant dicẽtes cruci. ꝛc̃. nã obstinata neq̃cia nõ emollit̃ miscd̃ia. g† Rñderũt põtifices: nõ habem⁹ regẽ nisi cesarẽ. h̃ facto clamãt nr̃i pontifices ꝛ curati q̃ suas eccl̃ias dimittẽtes ingerũt se negocijs tꝑalib⁹ principat⁹ vel regni. c† Et baiulãs sibi crucẽ ꝛc̃. ꝑ h̃ nos inducẽs ad sui sequelã sicut dixerat Matth. xvj. Si q̃s vult post me venire abneget semetip̃m ꝛ tollat crucẽ suam et sequat̃ me. f† Et cũ eo alios duos ꝛc̃. exponat̃ sicut Matth. xxvij. et Marci. xv. et Luc. xxiij. q† Qd̃ scripsi scp̃si. ꝑ h̃ aũt ꝙ iudeis petẽtib⁹ pilat⁹ delere titulũ q̃ sonabat cõfusionẽ iudeoꝝ noluit s̃ magis ip̃m cõfirmauit: significatũ fuit ꝙ xp̃i mors ad cõfusionẽ eoꝝ erat futura ꝑ exercituꝫ romanoꝝ ꝛ ad regni xp̃i exaltationẽ ꝓpter sequẽtẽ resurrectionẽ: ꝓpter qd̃ tũc dixit: Matth. vl. Data ẽ mihi oĩs ptãs i celo ꝛ in terra. r† Milites ergo cũ crucifixissent eũ acceperũt vestimẽta ei⁹ ꝛc̃. exponat̃ sicut Matth. xxvij. et Mar. xv. d† Cũ ergo vidisset ih̃s matrẽ ꝛc̃. ꝑ h̃ aũt ꝙ posit⁹ in tãto tormẽto matri sue ꝓuidit de ministro docuit nos in quocũqꝫ statu sumus honorare parentes q̃tũ põt fieri bono modo. e† Et inclinato capite tradidit spm̃. Theo. Tradidit aũt dñs spiritũ deo pr̃i: ostẽdẽs ꝙ nequaq̃ scõꝝ aĩe cõuersant̃ i tumulis sꝫ deueniunt ad man⁹ pr̃is oĩm pctõrib⁹ ad locum penarũ delatis videlicet in infernũ. a† Sꝫ vn⁹ militũ lãcea lat⁹ ei⁹ aperuit ꝛc̃. Theophil⁹. Vt iudeis placeãt: lanceant xp̃m circa corpus exanime cõtumelias inferẽtes. istis aũt sũt siles q̃ mortuos ꝑsequũt̃. b† Et cõtinuo exiuit sãguis ꝛ aq̃. ex q̃b⁹ habent efficaciã sacramẽta. f† Post h̃ aũt rogauit ioseph pilatũ ꝛc̃. exponat̃ sicut Matth. xxvij. et Mar. xv. Venit aũt et nicodem⁹ ꝛc̃. sequit̃: o† Ferẽs mixturã myrrhe ꝛ aloes ꝛc̃. ꝑ ip̃m significat̃ doctor bon⁹ ferẽs mixturã. i. doctrinã ex auctoritatib⁹ sacre scripture cõfectã ad vngẽdũ corpus xp̃i mysticũ ad ei⁹ salutem.

Exo. 12. g
Num. 9. b
Zach. 12. e
Mat. 27. g
Mar. 15 d
Luc. 23. g
† s̃. 3. a et. 7. g

In ca. xix. vbi dr̃ i postil. scd̃m ẽ crucifigẽtiũ auaricia q̃ xp̃i vestes q̃uis cẽnt parũ valẽtes tñ sibi rapuerũt.

**Additio. j.** Non ẽ verisimile ꝙ milites q̃ cõiter honestos seu liberales se demõstrant: etiã si essent interi⁹ s̃m veritatẽ cupidi tãtã auariciã i ipsis eẽ publice ostẽderẽt. ideo q̃dã dicũt ꝙ milites seducti a phariseis q̃ xp̃m asserebãt facere miracula in beelzebub: vt Luc. xj. scientes ꝙ ad tactũ fimbrie vestimenti ei⁹ sanabant̃ infirmi: vt Luc. viij. Vestes xp̃i accipiebant vt cũ eis alia medicinalia seu aliq̃ alia fascinatorie facere experirẽt̃: qd̃ etiã redũdabat in ignominiã xp̃i vt h̃ vidẽtes crederẽt ip̃m eẽ maleficũ.

In eo. ca. vbi dr̃ in postil. Et nota ꝙ loq̃ns de cruce matri sue nõ dixit mater sed mulier.

**Additio. ij.** Nõ solũ tꝑe passiõis sed etiã tꝑe gaudij seu conuiuij nuptialis xp̃s vocat matrẽ suã eodẽ noĩe sic̃ hic. s. mulier nõ aũt mat̃. Vñ. s̃. ij. ca. Quid mihi ꝛ tibi mulier. idcirco rõ hui⁹ vocatiõis attribuẽda ẽ sũme humilitati vtriusqꝫ filij. s. ꝛ mr̃is. Sicut eñi xp̃s. Cũ i forma dei eẽt seip̃m exinaniuit formã serui accipiens: vt ad Phil. ij. eadẽ rõne cũ fili⁹ dei viui ver⁹ eẽt cõiter se vocat filiũ hoĩs qd̃ ẽ nomẽ cõe cuicũqꝫ hoĩ. pari rõne matrẽ cui⁹ hu

militatē maxime cognoscebat mulierē vocat qđ est nomē cōe cuilibet mulieri: non aūt matrē qđ maximā dignitatē includit cū sit mater xpi. In eo. ca. vbi đr in postilla. Licet eī fuerit crucifixio prima die pasche q̄ erat solēnis apud iudeos.

**Additio. iij.** Christus fuit crucifixus ī parasceue pasche q̄ nō erat solēnis apud iudeos vt hr̄. j. eo. ca. ibi g̃ ꝓpter parasceue posuerūt eū vt magis declarat in additione sup Matth. xxvj. ca.

In eo. ca. vbi đr in postil. Qꝛ feria sexta in qua licitū ē operari ꝛ corpora sepelire, iam declinabat.

**Additio. iiij.** Hec feria sexta, ī q̄ xp̄s fuit crucifix⁹ nō erat solēnis apud iudeos: vñ ꝛ licitū erat in ea opari ꝛ sepeliri ꝑut latius dictū est in additione sup Matth. xxvj. ca.

**Replica.** In ca. xix. postillator dicit ꝺ̄ auaricia crucifigentiū ī eo ꝙ vestes xp̄i etiā parū valētes rapuerūt: Burg. oppponit dicēs ꝙ nō est verisile ꝙ milites q̄ vt cōiter se honestos ꝛ liberales ostēdūt: auariciā siquā in mēte habuerūt publice demōstrassēt: ego aūt puto illos nō fuisse milites ꝭm cōem sceculi dignitatez. nam hi nō ꝯsueuerūt ad tā vilia officia lictoꝝ ꝛ suspēsoꝝ deputari: ꝭ fortassis illis tēporib⁹ vocabāt milites seruiētes rei publice in excutiōe iusticie. Nā de solis militib⁹ ꝭm dignitatē nō đr: nemo tenet suis sūptib⁹ militare. i. rei publice ꝭuire: ꝭ etiā de ceteris. Miles āt cōi noīe đr a militādo: sicq̧ cūcti seruiētes reipublice pñt dici milites a militādo. i. seruiēdo: q̄ etiā nō tenent ꝓprijs stipendijs militare. Si tñ ꝓprie dicti sūt milites nō mirū ꝙ ōñderūt se publice auaros: q̄ se ōñderēt dischobolos ꝛ publicos ribaldos ī multis ꝯtra iesū: imo ꝑter cōem cōsuetudinē circa īterficiendos: vt pꝫ ī potione fellis illatis cōuitijs q̄ fieri nō ꝯsueuerūt ab honestis ꝯtra morti ad iudicatos. In eo. ca. vbi postillator dicit crucifixionē factā prima die pasche q̄ erat apud iudeos solēnis. Burg. ꝓpter suā singularē min⁹ tñ autēticā cōputationē dicit ꝙ parasceue nō erat solēnis apud iudeos: qđ qꝛ factū ē eo ꝙ fūdat Bur. factū suū sup obseruātia traditionis pharisaice quā xp̄s ꝯtra dei ꝑceptū nō admisit: ꝑceptū autez dei fuit ꝙ. xv. luna pria mēsis esset celebris. Cōstat aūt parasceue fuisse. xv. luna: qꝛ luna. xiiij. etiam ꝭm Bur. xp̄s cenauit allegās igit traditiōes ꝯtra dei ꝑceptū: cū Burg. audire debet: Quare transgredimini ꝑceptū ꝓpter traditiones vr̄as: amisso tñ cōputo Bur. etsi parasceue tota dies nō fuisset celebris vsq̧ ad vesperā: tñ tp̄e sepulture celeberrima fuisset: qꝛ ꝭm eū pascha et sabbatū cōcurrissent ad vesperā: quādo apud iudeos incipit festiuitas sequētis diei.

## Glo. ordi.

a Currebāt aūt. Jo̅hes significat synagogā q̄ prior venit ad monumētū: sꝫ nō ītrauit: qꝛ ꝓphetias de incarnatiōe ꝛ passiōe audiuit: sꝫ ꝛ mortuū credere noluit. Petrus ē ecclia q̄ cognouit carne mortuū: ꝛ viuētē credidit deū: post quē ꝛ iudea in fine ītrabit. b Separatim. Quia sacra diuinitatis incōphēsibilia a nr̄e infirmitatis ꝯgnitiōe remota sūt. In inuolutoꝛ nec finis nec initiū aspicit. Sic celsitudo diuinitatꝭ nec cepit esse nec desinit. In vnū locū qꝛ ī cissura mētiū de⁹ ñ ē: sꝫ in vnitate. Vel sudariū capitis passio xp̄i: cui⁹ sacra īfidelib⁹ sūt occulta. seorsum qꝛ lōge a nostra: quia illa spōte et sine culpa passus: nos inuiti cum culpa. Nōduz

Ca. XX

[a] quā matthe⁹ primā sab[b]bati dic. a cū iā tēpus opandi redisse. b in refrēdis intelligentiā.

Una aūt sabbati maria magdalene venit mane cuz adhuc tenebre eēnt ad monumētū: ꝛ vidit lapidē sublatū a monumēto. Cucurrit g̃ et venit ad simonē petrū ꝛ ad aliuz discipulū quē diligebat ih̄s: ꝛ dicit ill': Tulerūt dñm ꝺ̄ monumēto: ꝛ nescimus vbi posuerūt eū. Exijt g̃ petr⁹ ꝛ ille ali⁹ discipul⁹: ꝛ venerūt ad monumentū. Currebāt aūt duo simul: ꝛ ille ali⁹ discipul⁹ ꝑcucurrit citi⁹ petro: ꝛ vēit ꝑm⁹ ad monumētū. Et cū se iclinasset vidit posita lintheamia nō tñ introiuit. Venit g̃ simō petr⁹ sequēs eū: ꝛ itroiuit ī monumētū ꝛ vidit litheamia posita ꝛ sudariū qđ fuerat sup caput ei⁹ nō cū lintheaminib⁹ positū: sꝫ sepatim inuolutū ī vnū locū. Tūc g̃ itroiuit ꝛ ille discipul⁹ q̄ venerat primus

a vel reuolutū. b ex nimio ardore. cucurrit nūciare discipulis vt aut secū quererēt: aut secum dolerent.

a in grecis codicibus addit: meum ꝓpensiore charitatis ꝛ famulatus affectu.

a quō aūt venerūt: regressus narrat: cucurre. b p decursū hui⁹ mūdi: iudei p legis litterā: gētiles per legem nature.

sacre scripture sacramēta.

## Nico. de lyra

Una aūt sab. Postq̧ Ca. XX euāgelista descripsit xp̄i crucifixionē ꝛ mortē. Hic ꝯñr describit ei⁹ resurrectionē. Et diuidit ī duas: qꝛ prīo describit manifestatio hui⁹ resurrectiōis facta mulierib⁹ deuotis. Scđo eiusdē manifestatio facta apl'is. ibi: Cū g̃ sero eēt. Circa primū sciēduz ꝙ mulieres gradatim ꝑuenerūt ad cognoscēdū hāc resurrectionē: ꝛ iō prīo euāgelista ōñdit q̄liter eā cognouerūt ꝑ sepulchri euacuationē. Scđo p angelicā visionē. ibi: Abierūt discipuli. Tertio p dñicā apparitionē. ibi: Hec cū dixisset. Prima ī tres: qꝛ prīo describit sepulchri visio. Scđo rei denunciatio. ibi: Cucurrit g̃. Tertio renūciate īquisitio. ibi: Exijt g̃. In ꝑma g̃ pte đr sic: Una aūt sabbati. i. pria die post sabbatū. sic eī apud iudeos noīant dies hebdomade: qꝛ sabbatū sic noiat absolute ꝓpt̄ reuerētiā illi⁹ diei: ꝛ ab illa denoiant alij dies: ita ꝙ seq̄ntes īmediate đr pria sabbati: ꝛ alia scđa sabbati. ꝛ sic ꝯñr. ꝛ ꝓpter h̄ Matthe⁹ et Marc⁹ vocāt dñicā resurrectiōis primā diē sabbati. iohānes aūt vnā sabbati: qꝛ h̄ nomē vnū frequēter accipit ꝓ ꝑmo. ꝛ sic pꝫ Ben. j. Factū ē vespe ꝛ mane dies vn⁹. i. ꝑm⁹. Ān ꝛ ꝯñr đr: Factū ē vespe ꝛ mane dies secūdus: ꝛ postea terti⁹. et sic ꝯñr. b Maria magda. ve. ma. ꝛc. i. anteq̧ eēt clara dies dimisit tñ diē sabbati trāsire: qꝛ non erat licitū aliq̄d opari illa die. Sciēdū etiā ꝙ cū ea fuerūt alie due mulieres ꝭm ꝙ dicunt alij euāgeliste: sꝫ iohes istā solā exprimit: qꝛ erat alijs feruētior ꝛ pricipalior. c Et vidit la. subla. a monu. Angel⁹ eni dñi eū amouerat, nō ad h̄ ꝙ xp̄s de sepulchro surgeret: qꝛ clauso sepulchro surrexit et exijt: sicut clauso vtero virginis natus est: hoc tñ fuit aliter: qꝛ in resurrectione habuit corpus gloriosum cui nō resistit aliq̄d: sed exitus de vtero virginis fuit miraculosus. Remouit igit lapidē angelus solū ad manifestandū xp̄i resurrectionē iā cōpletā. d Cucurrit. Hic describit rei vise denūciatio cuz đr: Cucurrit g̃ ad simonē petrū ꝛ aliū discipulū quē diligebat iesus. s. iohānē. isti eniz ꝑ ceteris xp̄m amabāt ꝛ inuicē se tenebant sicut familiares. alij aūt sicut dispsi fugerant: ꝓpter qđ in pluribus locis legunt isti duo apl'i simul cōbinati: vt dictū est superi⁹. xviij. ca. in sequēdo xp̄m captū: ꝛ Actꝭ. iij. simul ascēdendo in templū. ꝛ. viij. simul missi sūt ad samaritanos. vt darēt eis spm̄ sāctū. e Et dicit illis: tu. dñm ꝺ̄ mo. ꝛc. Timebāt eni ne iudei corpus xp̄i asportassent vt ei ignominiā facerēt. f Exijt ergo petr⁹. Hic ponit rei nūciate inquisitio. cuz dicit: Exijt ergo petr⁹ ꝛ ille alius discipulus ꝛ venerūt ad monumētū: vt viderēt factū. modus aūt veniendi ostendit cū dicit: g Currebāt duo simul. ex desiderio vidēdi. h Et ille ali⁹ disci. ꝑcucurrit. citius petro ꝛc. qꝛ erat iunior ꝛ agilior. i Et cū se inclinasset. ad vidēdū sup ple ꝑ ostiuz illius edificij intra quod corpus christi erat sepultū: quia sepulchrū erat factum ad modum cuiusdā domūcule lapidee intra quā erat sepulchrū christi positū: ꝛ ideo erat ibi quoddam ostiolum per quod erat ingressus ad illū locū: sic eni fiebant sepulchra iudeoruz antiquitus: ꝛ maxime magnarū personarū vt eorum filij possent ibi sepeliri: propter hoc dicitur frequēter. iij. et. iiij. Reg. de regibus iuda. Sepultus est ī sepulchro dauid ꝛc. k Vidit posita lintheamina. i. bene disposita et plicata: ad ostendendū ꝙ corpus nō fuerat sublatū: quia simul fuissent lintheamina asportata: et maxime quia erāt fortiter adherentia corpori ꝓpter vnctionē. ꝛ ideo p hoc apparebat ꝙ sic vere surrexerat. l Non tamē introiuit: ꝓpter petri reuerētiā quē expectauit: qꝛ erat senior ipso ꝛ inter apostolos principalior. m Venit ergo ꝛc. pꝫ l'ra vsq̧ ibi: n Et sudariū qđ fuerat sup caput eius nō cū lintheaminib⁹ positū. s. cōfuse ꝛ indistincte. o Sed separatim inuolutū. i. bene plicatum. p In vnū locū. hoc factū est ad ostendendum resurrectionē factā, sequit:

Mat. 28 Mar. 16 Luc. 24

Et vidit

a Nõdũ.f.vsq adeo vt cũ ab ipso dño ap/te diceret: ppter ↄsuetudinẽ ab eo audiẽdi parabolas nõ intelligeret. b Plorãs. Jã plus de sublato q̃ de occiso plorat: q2 tanti magistri cui⁹ vita subtracta fuerat: nec me/moria remanebat: et iste dolor ibi eũ te/nebat. c Dũ ḡ.Cũ eũ sciret ibi nõ esse: ꝫ q2 nimis dolet nec su is oculis: nec oculis illoꝝ duoꝝ credẽdũ putauit. Uel potius diuino instinctu hoc factũ est. d Uidit duos an. Angeli.i. nũcij significãt euã/geliũ xpi a capite vs/q ad pedes.i.ab ini tio vsq ad finez esse nũciandũ. Et ille ex passione sua erat nũ/ciandus: q2 deus est ante secula: ꝛ hõ i fi/ne seculi. Sedet ḡ an gelus ad caput cũ di cit: Jn pricipio erat verbũ. Ad pedes cũ dicit: Uerbũ caro fa ctũ ẽ: Uł duo ãgeli duo testamẽta: vnũ pri⁹: aliud sequens. Cõiũcta: dũ pari sen su: incarnatũ mortu/um: resuscitatũ nun/ciãt. e Quid plo. Quasi: noli plorare Prohibent lachry/mas q̃dãmõ nũcian/tes gaudiũ. At illa putãs eos iterroga/re nescientes: pdũt cãm lachrymarũ: q2 tulerũt dñm meũ.i. corpus dñi mei. f Et nõ scie. Quia tergũ ad eum habe/bat quẽ nõ resurrex/isse credebat: q2 ama bat ꝛ dubitabat: vi/debat ꝛ nõ cognosce bat. g Quẽ q̃ris. Nõ q dubitet quem requireret: sed q2 illa quẽ querit ignoret. nõ eũ q̃rit xpm: ꝫ quẽ pu tat raptũ. h Dñe. Quẽ putat hortulanũ dicit dñm vt honorificaret hoiem a q̃ roga/bat bñficiũ. Nec sic dicit eũ dñm sicut illum quẽ q̃rit sublatũ. Jesũ xo agnoscens vocat magistrũ: q2 recolit cũ a quo discernere bũa na ꝛ diuina discebat. i Si tu sustu. Non dicit quẽ: q2 ꝫ i aĩo agit vis amoris: vt quez semp cogitat: nullũ aliũ ignorare credat. k Maria. Postq̃ cõi noie vocauit: ꝛ nõ ẽ agnitus: vocat ex noie: ac si dicat: recognos/ce eũ a quo recognosceris. l Noli me tã. Hic innuit q pedes ei⁹ amplecti voluit. Me rito nõ tãgit q̃ nõ videt: nã q̃ videt tãgit. m Dicit ei ie. ꝛc. Fidẽ doces ꝛ in corde ei⁹ hortulan⁹ semiat dicit: Noli me tãgere nõ q nollet tãgi nisi cũ ascẽdisset: cũ ꝛ mulieres et alij i terra eũ tetigisse legãt: ꝛ nõ sedentẽ in celo. Uult ḡ sic se spãliter tangi.i. sic se credi vt sit eq̃lis patri. Et q2 ista adhuc carnaliter i eũ credebat quẽ sicut hoiem flebat: audit. Noli me tãgere.i. sic credere: q2 in corde tuo nõdũ credis me eq̃lẽ ascẽdi ad patrẽ.i. nõdũ credis me eq̃lẽ patri: tũc tãges cũ nõ imparẽ ꝫ credes

a ꝭ vacuũ sepulchrũ. b ꝭ nõ quidẽ resurrexisse sed sublatũ esse.

ad monumentũ: et vidit ꝛ credi/dit. Nondũ eni sciebant scriptu/ram: quia oportuit eum a mortu is resurgere. Abierũt ergo iterũ discipuli ad semetipsos. Maria aũt stabat ad monumentũ foris plorãs. Dũ ergo fleret inclinauit se ꝛ pspexit i monumẽtũ. Et vidit duos ãgelos i albis sedẽtes: vnũ ad caput ꝛ vnũ ad pedes: vbi po situ erat corp⁹ iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerũt dñm meũ: ꝛ nescio vbi põsuerũt eũ. Hec cũ dixisset cõuersa ẽ retrorsũ: ꝛ vidit iesũ stã tẽ ꝛ nõ sciebat q2 iesus ẽ. Dicit ei iesus: Mulier quid ploras? Quẽ q̃ris. Jllã existimãs q2 hortula/nus eẽt: dicit ei: Dñe si tu sustuli sti eũ dicito mihi vbi posuisti eũ: ꝛ ego eũ tollã. Dicit ei Jħs: Ma/ria. Cõuersa illa dicit ei: Rabbo/ni qd̃ dr̃ magister: dicit ei iesus: Noli me tãgere. Nõdũ eni ascẽdi

ꝭ cur nondũ. — a ꝭ cũ crederent ablatũ. — a ꝭ vt habitabãt. b ꝭ quã fortior fuerat affect⁹. — ꝭ cũ alijs duabus. — ꝭ redarguẽs eã. — a ꝭ hec est maior cã doloris. — a ꝭ q̃ nõ credit adhuc ẽ mulier: adhuc corporei se xus appellatiõe signat b ꝭ q̃si non lachrymas nudas ꝫ fidẽ exigo: bone lachryme si iesũ agno/scas. c ꝭ iterrogat cã doloris vt augeat desideriũ — a ꝭ nõ penitus falso: q2 in ei⁹ mẽte seminabat. — a ꝭ prius corpe cõuersa putauit: qd̃ nõ erat: nũc cõuersa corde qd̃ erat agnouit.

